

Abolm inie
Ala dano Gotin

Bergeris.

Im Holst.

Ante

720

Adaloo de

Sampt.

Ullichii

Ao

LXXV.

not. & antiqua.

Quarto

N. 22.

222

Handwritten text on the adjacent page, partially visible and mostly illegible due to the binding and angle.





FABVLARVM

QVAE HOC LIBRO CONTI-
nentur interpretes, atq; autho-
res Sunt hi.

Guilielmus Goudanus,
Hadrianus Barlandus.
Erasmus Roterodamus,
Aulus Gellius.
Angelus Politianus,
Petrus Crinitus,
Ioannes Antonius Campanus.
Plinius Secundus Nouocomensis.
Nicolaus Gerbellius Phorcensis,
Laurentius Abstemius,
Laurentius Valla.

Aesopi Vita ex Max. Planus
de excerpta, & aucta.



AES OPI VITA BREVISSIME
ex Maximo Planude.

AEsopus gen^o traxit ex Ammorio oppido Phrygiae cognomēto magnæ, sed fortuna fuit seruus uerū seruitus, non potuit animū eius liberū corrumpere. Fuit autē non solū seruus, sed & deformissimus oīm suæ ætatis hoīm. Nā acuto capite fuit, pressis naribus, depresso collo, prominētibus labris, niger, unde & nomē adeptus, uētrosus, ualgus, & incuruus. Et qđ erat oīm pessimū, tardiloquētia cū obscura simul & inarticulata uoce, quæ oīa seruitutē ei parasse uideri possunt. Sed cum tali esset, tamq̃ deformi corpore, animo tñ fuit natura solertissimo, foelicissimoq̃ ad omne cōmentum. Homo igit̃ tam deformis ad sodiēdum agrū ab hero suo emittitur, quo digressus, alacriter operi incūbebat. Cūq̃ eius domino ficus agricola quidā dono dedisset, eas dominus seruo cuidā Agathopodi domū ferendas cōmisit. Qui Agathopus consiliū inijt cum conseruo, ut ipsi ficus illatas, deuorarēt, causarenturq̃ postea Aesopū eas furto ablatas comedisse. Hero domū redeunte, accusatur Aesopus, parant̃ flagra, procumbit ad heri pedes miser, dilationē petit, qua impetrata, aquā calidā affert, cuius partē ebibit, reliquā propinat conseruis. Aesopus præter aquā nihil euomit, serui una cum humore & ficus in terrā eijciūt. Nudi nebulones flagro misere concidunt, laudato mirifice ingenio Aesopi. Cum sacerdotes Dianæ conuenissent Aesopū, rogassentq̃ uiam ut illis monstraret, quæ in urbē ducebat. Is prius frugali cœna refocillatos, in uia dux ipse ducit. Ob quā hospitalitatem sacerdotes precibus orant Dianā, ut ipsa gratiā referat homini tam bene de ipsis merito. Quo facto reuersus Aesopus, in somnū lapsus, uisus est fortunā astare sibi, soluentē eius linguā, atq̃ fabularū largientē doctrinā. Quare mirifice lætatus Aesopus exo

pergiscit, beneficiū hoc in hospitalitatis obseruationē reij-
cit. Non em̄ amplius loquendo tardus erat, sed lingua so-
luta, expedite loquebat̄. Quod cū Zenas quidā agrī præ-
fectus intellexisset, timens ne quādo iniquitatis apud do-
minū ab Aesopo accusaret̄, hominē præuenit, atq; grauif-
sima accusatiōe in odiū domini induxit, adeo, ut eidē præ-
fecto ab hero Aesopus traderet̄. Cumq; iam in potestate
Zenæ foret Aesopus, cōuenit Zenā mercator quispiā ro-
gans, num iumentū aliquod uelit diuendere. Respondit
Zenas iumentorū se potestatē non habere, uerū Aesopū
monstrat an hunc uelit, adesse quidē. Quē cum uidisset
mercator, unde hæc tibi olla inquit, an ne truncus est, uel
homo. Ni uocē emitteret, utrē inflatū arbitraret, atq; indi-
gnatus abiit. Aesopus ipsum sequēs, mane inquit. Ille ue-
ro conuersus, abi inqt sordidissime canis. At Aesopus ait
eme me mercator, non inutile tibi sum futurus mancipi-
um. Nam si tibi domi sunt mali pueri & sine otio flentes,
his me præfice pædagogū oīno eis ero pro larua. Ridens
igitur mercator ad Zenā dicit, Quanti uas hoc malū uen-
dis. Ille tribus ait obolis. Mercator tres obolos exponens
nihil emi (inquit) nihil exposui. Mercator ille cū Ephesi re-
liqua uendidisset mancipia, tria remāserunt illi, Grāmatic-
us, Cantor, & Aesopus. Quos cum ille nequiret diuen-
dere Samū petiit, atq; ibi expositis his tribus, Grāmatico
& Cantore egregie ornatis. Aesopo uero in medio sordī-
dissimo stante, uenit philosophus Xāthus, atq; hos treis
pbe cōtuens mercatoris cōmentū miratus est. Cur nā in-
ter duos bellissimos iuuenes iā sordidū statuisset hominē
tionē. Xanthus igit̄ percontat̄ Cantorē cuias sit, respōdit
Cappadox sum. Quid sciret. Respondit omnia. Quo die
cto risit Aesopus. Quæsiuit & a Grāmatico Xanthus cu-
ias esset, dixit se Lydū esse. Quid facere sciret rogāte Xan-
tho, oia inquit Grāmaticus, atq; iterū Aesopus risit. Dis-

cedente Xantho rogāt discipuli ut Aesopum emat, nam
 reliquos duos nimis magno pretio aestimarat mercator.
 Veniēs ad Aesopum Xanthus rogat unde sit, nigrum se
 esse respondit. Ille uero nō hoc uolebam ait, sed unde nat⁹
 tus sis. Ait Aesopus, ex uentre matris meæ. Non hoc di-
 co Xanthus (inquit) sed in quo loco nat⁹ sis, Aesopus ait
 matrem non renuntiasse sibi, an in sublimi uel humili lo-
 co eum genuerit, Xanthus quid facere sciat percūctatur,
 & ille nihil. Quomodo dicit Xanthus. Quoniam hi duo
 se omnia nosse professi sunt, mihi uero nihil reliquerunt.
 Laudatus est multis modis Aesopus ab scholasticis ob
 hoc respōsum, quoniam nullus sit usquam inter mortales
 cui cognita, exploratae sint oia. Xanthus empturus Ae-
 sopū dixit. Si emero te an ne es fugiturus? Cui Aesopus
 respondit, hoc si facere uoluerō haud quāquam te utar cōsul-
 tore. Quæ cum maxime placuissent Xantho, subintulit.
 Sed deformis es. Atq; ille respondit. O philosophē non
 faciem, sed mētem oportet inspicere. Xanthus soluto ab
 scholasticis pretio, Aesopū accepit. Inter deambulādum
 igitur cum sol esset ardentissimus, Xanthus meiebat nihi-
 lominus iter peragens. Id animaduertens Aesopus, dixit
 se confestim fugiturum. Xantho, cur nam id facere uellet
 exquirente. Quoniam, inquit, si tu cum herus sis naturæ
 nō potes morem gerere, quid seruo mihi faciendū? Nam
 si ad ministerium aliquod mitterer, num inter uolandum
 cacare deberem? Post hæc accidit Xanthum die quadam
 amicos ad conuiuium inuitasse. Quibus rem gratam fa-
 cturus, Aesopo mandat ut lentē coquat, qua cōmode pa-
 rata, & cocta, Xanthus eam iubet afferri. Aesopus iussa
 exequit. Xanthus lente accepta, probaturus anne cocta
 foret satis, digitis eam attriuit, multas adhuc superesse pu-
 rans, quas iubens Aesopum afferre, præter aquam is ni-
 hil alportauit, Xantho grauitè indignante, cur nō lentes

*Non omnia pos-
 sumus omnes.*

*Ouidius
 Si mihi difficilis for-
 mam natura meam
 ingenio formæ da-
 tūma rependo mea*

apponeret mensæ. Respōdit se, ueluti iussisset, non lentes
sed lentem coxisse. Referuntur sententiæ aliquot Aesopi
elegantissimæ, hæc uidelicet, Deum ante omnia cole. Re-
gem honora. Bene agentibus ne inuide. Lingua contu-
dens esto. Mulieri nunquā credas secreta. Ne pudeat te sem-
per discere meliora. Fac quæ te mœstificant. Bonum esse
non te pœniteat, Aesopus cū apud Samios ageret, liber-
tate donatus est, missusq; Croeso regi, bellum cum Sami-
is agenti, id sua eum prudentia, tum urbanitate effecit, ut
Samijs placatus rex reconciliaretur. Samij multis honori-
bus redeuntem Aesopum exceperunt. Qui discedēs ex
insula, orbem peragrauit, cui maximā familiaritatem fuit
se memorant eum Lyeero rege, a quo statua aurea Aeso-
po iussa erigi. Deinde peragrata Græcia, Delphos perue-
nit. A quibus nullo affectus honore est, sed ab ipsis post
multa salutaria præcepta e rupe præceptus deuolutus, mor-
tuus est. Cuius mors graui pestilentia ulta, Iniusti occisi
Aesopi indicium Delphis exhibuit.

EX PHILOSTRATI IMAGINIBVS.

FAbulæ se ad Aesopum, sua in eum beniuolentia
cōferunt, quod fatagat sui. Fabula quippe & Ho-
mero, & Hesiodo, nec non & Archilocho in Ly-
camben curæ fuit, sed ab Aesopo humana omnia
ad fabellas redacta sunt, sermone brutis nō temere imper-
tito. Nam & cupiditatem tollit, & libidinē insectatur, &
fraudem. Atq; hæc ei Leo quispiā agit, & uulpes, & per-
louem equus nec testudo muta. Ex quibus pueri discunt
quæ in uita gerant. Habentur igitur in pretio fabulæ pro-
pter Aesopum. Accedunt ad ianuam docti huius, uittis
eum deuincturæ, coronæq; oleagina coronaturæ. Hic, ut
puto fabulam aliquā texit, Risus enim faciei, & oculi in
terram defixi, id præ se ferunt. Pictorem, fabularum curas

*Sententiæ
Æsopicae.*

*Æsopus de rī-
pe precipitatus.*

nil sine causa.

remissiore animo indigere non latuit. Philosophatur autē
& fabularū corpora. Bruta em̄ cum hominibus conferēs,
coetum circa Aesopum statuit, ex illius scena confictum.
Chori dux uulpes depicta est. Vtitur em̄ ea Aesopus mi-
nistra argumentorum plurium ceu Dauo comœdia.

Martinus Dorpius Ioanni Leupe, Iacobo papæ
& Ioanni Niniuitæ eruditissimis in Flan-
dria ludimagistris. Salutem.

EQuidem in ea & sum, & fui semper sententia, uiri
ornatiss. quā mutare nullus queam, sed nec uelim
ut impendio plus, nutantibus literis consultū pu-
tem ab eruditis aliquot nostra memoria uiris, qui
classicos authores castigate ediderunt, quam a quibusdā
gloriolæ aucupibus (nam alios taceo) qui cōmentariorū
latifundijs omnia occuparunt. Ecquis enim non eo nomi-
ne Aldum Romanum suspicit, amat, predicat: hæc mecū
identidem reputans, ausus sum, & ipse quiddā minus (pe-
ne dixerim) minimo, nēpe fabellas Aesopicas rursus emit-
tere, non carmine quidem illas subrustice cōscriptas, sed
prosa oratiōe nimis q̄ lepide cōcinnatas, utpote a Guielo
mo Goudono, tanto uiro, ut ab Erasmo meo literatorum
quali fœnice, serio sit laudatus. Eam opellam uobis inge-
niosæ Flandrorum iuuentutis præceptoribus, nuncupa-
tim dedico, eo utiq̄ spectans, ut scholasticuli uestri hoc le-
uigatorio omnem tenellarum linguarum stribiliginē pri-
us abradāt, q̄ ad Lilium nostrum uetus, atq̄ adeo primū
apud Louanienses politioris literaturæ domiciliū profes-
cti philosophiæ initientur. Adieci pauca ex Gellio, Pos-
litiano, Petro Crinito, sed selecta. Quod si genio quopiā
aspirante leuis hæc alea fœliciter ceciderit, plusculum ali-
quando audebo, & quædam meæ ipsius fœturæ, quæ in

*Erasmus
phoenix.*

terim parturio, paria dialogos, carmina, Prologos in acti
ones plautinas, complemētum Aululariaē, atq; id genus
alia. Cur enim (quæso) nō ausim? quonam absterrear? au
xilio uidelicet fretus Thesei quondā trestri, nunc & mei
cōmuniter Nicolai Buscoducensis uiri (quod uel tacente
me ipsi probe nostis) exquisite docti, siue philosophicas
familias requiratis, siue uenustioris dictionis lauticias, &
amici candidi, synceri, humani, qui curam huius æditium
culæ in se omnem deriuauit. In reliquis idem (quæ est ho
minis uigilantia) lubens obiturus. Rideri interim ab istis
amulis sinistra Minerva natis, hoc uero mihi palmarium,
quando sui similes, & omnes, & solos in cœlum ferre ob
stinauerunt. Valete Louanij, ex nominatissimo lilianorū
gymnasio, ad io. Kal. Decembres.

Guilhelmus canonicus diui Aurelij Augus
tini Florentio suo illustri Bas
roni Iselsteino,

S. D.

FAbulas Aesopi cū ex oratiōe ligata in solutā uer
tissimam, tibi florētissime Florenti dicare placuit, q̄
enim sis amans literarū ex meo Antonio uiro lite
ratissimo facile intelligo. Nā cū tu qdē q̄ eruditū
scires, acciuisisti, & is tui amantissimus est, cum ob alia que
dam, tum ob amorē tuū erga literatos. Neq; illud præteri
re debeo, me quoq; a te uehemēter amari, & te cōmēdan
te magistro Antonio succensum desyderio nostri. Appri
me sane decere solet, qui genere sit illustris, eū esse amicū
& familiarē literarū, quæ ut cætera cōmoda earum sileam
uel solæ adeo faciunt immortalē. Erit autē harū fabellarū
lectiō tibi, ut opinor, utilis, quippe ubi multa ad bene ui
uendū apposita inuenies, grata certe earū lectiō, & iucun

da non esse nō potest. Hac tenus autem eas illis, qui alias
cōplures scripserint fuisse neglectui satis miror, nec equi-
dem tamen scripturus fuisset, ni & Titus Liuius harum
in historia meminisset, & Flaccū nostrū in epistolis usum
uiderem, & Quintilianum institutionum libris utendum
suadere cernerem. Sed satis iam exordij. Illud te admoni-
tum uelim, ne sis inscius animantes, quæ iam mutæ sunt,
olim fuisse loquaces. Vale, & me ut facis, ama.

Petri Egidij Antuerpiani Endecasyl-
labon, ad Lectores.

Quisquis noscere fabulas iocosas
Aesopi cupis, hunc nouum libellum
Limatum, nitidum, eruditulumq;
Exili tibi compara moneta.
Quo nec tersior est, uenustiorq;
Nec iucundior est, facetiorue
Seu purum inspicias stilum latinum,
Seu tu bestiolas legas loquentes.
Quin & sensiculis scatens amœnis,
Ut uita instituenda cuiq; monstrat,
Hunc nec barbarus ore zoilæo
Pinset, deprimet, atq; lancinabit.
Hunc uel relligiosuli probabunt,
Qui fracti piceo caput cucullo
Ipsis sunt Cynicis seueriores.
Nullos quippe docet feros amores,
Vel (quæ lædere, testulam iuuentæ
Possent) illecebras licentiores.
Sed quid plura moror? libellus iste
Prorsus nobilis, elegans, latinus,
Horarum est simul omnium libellus.

INDEX FABVLARVM AESOPI

INDEX FABVLA	Ceruo	9
RV M AESOPI.	Ceruo & bobus	10
Abiete & dumo folio	23 Cicada & formica	25
Aegroto & medico	17 Columba & miluis	5
Adolescente & cato	12 Cornice & oue	16
Agno & lupo	eodem Cornice & urna	24
Agricola & canibus	14 Cucurbita	31
Agricola & gruibus	15 Duobus amantibus & urso	21
Anfere	25 Duobus ollis	eodem
Anseribus	19 Duobus adolescentibus	12
Anu & ancillis	18 Equo & asino	8
Apro & asino	2 Equite caluo	21
Apro & rustico	25 Equo & ceruo	11
Aquila & Coruo	16 Equo & leone	8
Aquila & cornicula	3 Formica	17
Aranea & podagra	33 Formica & cicada	19
Arione	32 Fure & cane	5
Asino	20. & 28 Gallo & cato	15
Asino & uiatoribus	27 Gallo gallinaceo	1
Asino & equo	18 Gracculo	7
Auaro & inuido	24 Hirundinibus	4
Aucupe & palumbo	13 Hædo & lupo	6. & 17
Auibus & quadrupedibus	8 Ioue & simia	19
Auibus q̄ ad noctuā uenerūt	30 Leone & mure	4
Auibus	17 Leone & alijs	17
Boue & iuuenco	26 Leone & tauro	20
Buccinatore	13 Leone & rana	17
Camelo	21 Leone & oue & alijs	1
Cane inuido & boue	16 Leone senio confecto	3
Cane & oue	12 Leone & uenatore	24
Cane & lanio	eodem Leone & capella	eodem
Cane mordaci	21 Leone & uulpecula	10
Cane & asino	3 Leone & capra	18
Cane uenatico	6 Leporibus & ranis	6
Cane & leone	26 Lupo & grue	2
Cane & umbra	1 Lupo & fucula	5
Cancris matre & filio	20 Lupo & capite picto	7
Carbonario & fullone	13 Lupo & agno	1
Cassita	29 Lupo & cane	14
Ceruo & lupo	6 Lupis & agnis	9

I N D E X

Lupo & uulpe	9	Tauro & mure	25
Membris & uentre	10	Tauris & leone	25
Miluo ægroto	4	Testudine & aquila	20
Muribus & ranis	1	Tigride & uulpe	25
Mure urbano & mure rustico	2	Vipera & lima	9
Musca & formica	7	Vulpecula & mustela	11
Mustela & feniculo mure	16	Vulpe & leone	14
Nutrice & lupo	20	Vulpe & aquila	15
Opilione & Agricolis	15	Vulpecula & ciconia	7
Pardo & uulpecula	26	Vulpe & fele	27
Partu montium	5	Vulpecula & pardale	eodem
Partu terræ	31	Vulture & alijs auibus	18
Pauone & Luscinia	16		
Pauone & grue	22	INDEX FABVLARVM ABSTEMII	
Patre & filijs	13	Accipitre columbã insequente	37
Piscibus	26	Accipitrib9 inter se inimicis	q̄s
Piscatoribus	27	columbæ pacauerant	57
Piscatore & pisciculo	19. & 23	Adolescentibus & coco	62
Puero & fure	24	Adolescente ex coitu infirmo et	
Quercu & arundine	19. & 22	lupo	22
Rana & earum rege	5	Adolescente in funere matris	ca
Rana & uulpe	21	nente	49
Rana & boue	8	Aegroto & medico	64
Rege & simijs	27	Agricola & poeta	52
Rustico & fortuna	22	Agricola & canibus	61
Rustico legente mala	16	Agricola sæuiente in filios	eo.
Rustico & equo	13	Agricola mercaturã affectate	47
Rustico & iuueno	24	Amne suum fontem conuitijs	
Rustico & Hercule	25	laccessente	48
Rustico & angui	6	Anu dæmonē accusante	43
Rustico & colubro	2	Anguilla cõquerente q̄d magis	
Satyro & rustico	29	quã serpēs infestaret	40
Satyro & uiatore	25	Aquila & pica	41
Scarabeo & aquila	28	Aquila filios cuniculī rapiens	
Simia et duob9 natis ei9	22. 26	te	55
Simijs & pardale	28	Aranea & Hirundine	37
Simia & uulpecula	10	Arboribus pulchris & defors	
Sole & aquilone	20	mibus	39
Sylua & rustico	10	Ariete cū tauro pugnante	52
Tauro & capro	22		

FABVLARVM ABSTEMII

Arundine & olea	64	Diuite quodam & seruo	42
Asino & lupo	63	Duobus amicis & urso	62
Asino tubicine & lepore tabelario	56	Erinaceo uiperam hospitem eius	51
Asino q̄ hero iurato serui erat	50	Equo inculto, sed ueloci & cæte	
Asino laboris finē nō iueniente	50	ris eum iridentibus	55
Asino ægrotante & lupis instans	49	Equo & asino	60
ribus	38	Fele in sceminā mutata	61
Asino & uitulo	40	Filio cuiusdā senis & leone	65
Asino simia & talpa	48	Gallo & perdice	59
Asino & scurra	44	Glirib⁹ q̄rcū eruere uolētib⁹	43
Auib⁹ scarabeos timētibus	eodem	Heremita uirgine ægrotāte	42
Aucupe & fringuilla	48	Heremita & milite	46
Auib⁹ plures reges eligere uolētibus	48	Hoīe quē canis momorderat	62
Auriga & rota curri⁹ stridēte	54	Iuene senis curuitatē iridēte	41
Aucupe & uipera	63	Legato auro tubicines deci.	40
Aucupe & merula	64	Leōe porcū sibi sociū eligēte	56
Caluo crines externos gerente	65	Leone & mure	47
pro natiuis	63	Lepore calliditatē & uulpe cele	
Cane & lanione	52	ritatē a loue petentibus	54
Cane oues dñi sui occidēte	43	Lepore sese uulpi præferente ob	
Cane & hero	45	pedum uelocitatem	51
Canibus urbanis uillaticum in	45	Lupo suadente histrici ut tela de	
sequentibus	38	poneret	51
Capōib⁹ pinguib⁹ & macro	59	Lupo ouis pelle induto, qui gre	
Carbonario & fullone	45	gem deuorat	52
Carduele & puero	63	Lupo pisce fluuij maris regnū	
Castore uirilia sibi amputāte	47	appetente	53
Cera duritiem appetente	46	Luscinia cantum accipitri pro	
Coriario emente pellē ursi a ue	46	uita pollicente	56
natore nondum capti	51	Milite & equo	44
Cochlea petente a loue ut suam	38	Muliere uirū morientē flēte	39
domū secū ferre posset	38	Mulieris amatoris discessum flē	
Columba & pica	eodem	te	eodem
Cuculo & accipitre	56	Mulo & equo	46
Culice cibum & hospitium ab	56	Muliere quæ pro uiro mori se	
ape petente	39	uolle dicebat	49
Cygno in morte canente repre	57	Muliere ignem in mariti domū	
henso a ciconia	39	serente	57
		Muliere & gallina	62

INDEX FABVLARVM ABSTEMII

Mure liberante miluim	51	Sue & cane	44
Mure qui cum fele amicitia con- trahere uolebat	50	Testudine & ranis	43
Mure in cista nato	37	Trabe & bobus eam trahentib ^{us}	38
Musca quæ quadrigis insidens puluerē se excitasse dicebat	39	Trabe boum pigritiam increpante	45
Nautis sanctorum auxilium im- plorantibus	40	Turdo amicitiam cum hirundine ne ineunte	41
Nuci,asino,mulieri,profunt uer- bera	50	Tubicine	63
Oue conuiciante pastori	54	Tyno & delphino	eodem
Patre filium ad uirtutem frustra hortante	52	Vate quodam	eodem
Pastore artem nauticam exer- cente	65	Viatore & pera inuenta	64
Piscibus e sartagine in prunas desilientibus	40	Vidua uirum petente	42
Piscatore	60	Vidua & asino uiridi	53
Porco & equo	46	Viro amicos experiri uolente	54
Prætoꝛe repetendarum damna- to	57	Viro auaro facculum numorū alloquente	57
Puero & matre	64	Viro clysteria recusante	49
Quadrupedibus societatem ad- uersus aues cum piscibus in- untibus	40	Viro Zelotipo qui uxorem de- derat custodiendam	49
Rustico impetrante ut triticum absq; aristis nasceretur	37	Viro maligno & demone	48
Rustico annē transituro	eodē	Viro & uxore bigamis	47
Rustico & mure	41	Viro iactabundo	60
Rustico per uocem hœdi ad ius- risconsultum admissio	55	Viro Apollinē tentante	eodē
Sacerdote & piris	45	Viro & Satyro	eodem
Scurra & episcopo	45	Viro q ad cardinalē nup creatū gratulandi gratia accessit	41
Sene puellam in uxorem acci- piente	41	Vpupa indigne honorata	45
Sene ob impotentiam libidinē carnis relinquente	51	Vlmo & silere	47
Sene iuuenem poma sibi surris- pientē satis deijciente	55	Vrso & apibus	44
Sene mortē differre uolente	57	Vulpe & leone	59
		Vulpe & capro	eodem
		Vulpe & capite reperto	eodē
		Vulpe & pardo	61
		Vulpe carnem leporis cani laus dante	54
		Vulpe & mulieribus gallinam edentibus	38

FINIS.

De Gallo gallinaceo.

GAllus gallinaceus dū uertit stercorariū, offendit gēmā. Quid inquit rē sic nitidā reperio? Si gēmarius reperisset, nihil esset eo leti^o, ut q̄ p̄tiū sciret. Mihi q̄dē nulli est usui, nec magni aestimo, imo eq̄dē oib^o gēmis granū hordei malim. Mo. Per gēmā artē, sapiētiāq; itellige, p̄ gallū hoiem stolidū & uoluptariū. Nec stolidi artes liberales amāt, cū usū earū nesciāt, nec uoluptarius, q̄ppe cui una placeat uoluptas.

De Lupo & Agno.

LVpus ad caput fontis bibens, uidet agnum procul infra bibentem. Accurrit, agnum increpat, q̄ turbarit fontem. Trepidare agnus, supplicare, ut parcat innocenti, Se quando longo infra biberit, potū lupi ne potuisse quidē turbare, nedum uoluisse. Lupus contra intonat, nihil agis sacrilega, semper obes. Pater, mater omne tuū inuisum genus, sedulo mihi aduersat. Tu mihi dabis hodie poenas.

Morale.

Vetus dictū est, ut canem cædas, facile inueniri baculum. Potens, si libet nocere, facile capit nocendi causam. Satis peccauit, qui resistere non potuit.

De Muribus, & Ranis.

Bella gerebat mus cum rana. De paludis certabatur impio. Pugna erat uehemēs, & anceps. Mus callidus sub herbis latitās, ex insidijs ranā adoriē rana uiribus melior, pectore, & insultu ualēs, aperto Marte hostē laceffit. Hasta utriq; erat iuncea. Quo certamine

A

percul miluus adproperat, dūq; p studio pugnae, neuter si-
bi cauet, utrūq; bellatorē miluus rapit, ac laniat. Mora.

Itidem euenire solet factionis ciuibus, qui accensi libidi-
ne dominādi, dum inter se certant fieri magistratus, opes
suas, plerūq; etiam uitam in periculo ponunt.

De Cane, & Umbra.

CAnis tranans fluuiū, rictu uehebat carnē. Splen-
dēte sole, ita ut sit, umbra carnis lucebat in aq̄s.
Quā ille uisam auide captās, q̄d in faucibus erat
pdidit. Itaq; tū rei tū spei iactura percussus, primū stupuit,
deide animū recipiēs, sic elatrauit. Miser, deerat cupiditas
tū tuæ modus. Satis superq; erat, ni desipuisses. Iam p tuā
stultitiam minus nihilo tibi est. Morale.

Monemur hac fabella modestiæ, monemur prudentiæ.
Ut & cupiditati sit modus, ne certa p incertis amittamus
Astute certe Terētianus ille Sannio. Ego inq̄t, spem p̄tio
nō emā. De Leone, & quibusdā alijs.

CUm oue quibusdāq; alijs pepigerat leo, uenatis
onē fore cōem. Itur uenatū, capiē ceruus. Parti-
unt, singulas singulis ptes, tollere, ut cōuenerat
incipiētibus, Leo irrugit. Vna inq̄iēs pars mea est, quia
sum dignissimus. Altera itē mea est, q̄a uiribus pstantissi-
mus. Porro q̄a in capiūdo ceruo plus sudauerim, uēdico
tertiā. Quartā deniq; partē ni cōcesseritis, actū est de ami-
citiā. Socij hoc audito, discedunt uacui, & taciti, non ausi
mutire cōtra leonē. Morale.

Rara semp fuit fides, apud hoc seculū rarior est, apud po

tentes, & est, & fuit semper rarissima. Quo circa fatius est uiuas cū pari. Qui em̄ potētiori uiuit, necesse habet saepe de suo iure concedere, cum æquali æquale tibi ius erit.

De Lupo, & Grue.

LVpo uorāti ouē, forte ossa hesere in gula. Ambigē orat opē, opitulat nemo. Oēs dicitāt tulisse eū p̄ tiū uoracitatis. Tandē blāditijs mltis, pluribusq; p̄missis gruē inducit, ut collo lōgissimo in gulā inserto, os infixū eximeret. Petēti aut̄ p̄miū illusit. inepta inquit, abi. Non sat habes q̄ uiuis, uitā debes mihi. Si libuisset, licuit p̄mordere collū tuū. Morale.

Tritum est, Perire quod facis ingrato.

De Rustico, & Colubro.

RVsticus reptū in niue colubrū frigore p̄pe ene ctum, domū tulit, abiecit ad focū. Coluber ab igni, uim, uirusq; recipiēs, deide flammā nō ferēs, oē tuguriū sibilādo infecit. Accurrit rustic⁹, correpta sude, & bis, & beribusq; cū eo iūriā expostulat. Nū hāc res ferat grām? nū uitā ereptur⁹ sit illi, q̄ uitā ip̄i dederit? Mo. Fit iterdū ut obsint tibi, q̄bus tu p̄fueris, & male de te mereant̄ ij, de q̄b⁹ tu bñ sis merit⁹. De Apro, & Asino.

DVm iners asinus irrideret aprum, ille indignās frēdebat, Malū quidē ignauissime fueras meritus, sed etiā si tu p̄na fueras dignus, tñ ego indignus, q̄ a te p̄nas sumā. Iride tutus, impune tibi licet, tutus em̄ es ob inertia. Morale.

Demus operā, ut cū indigna nobis audim⁹ aut patimur,

A ij

ne indigna nobis dicamus aut faciamus. Mali em̄ & p̄diti
plerūq; gaudēt si q̄spiā bonorū eis resistat. Magni pendūt
haberi se dignos ultione. imitemur equos, & magnas be-
stias, qui oblatrantes caniculos cū contemptu p̄tereunt.

De Mure urbano, & Mure rustico.

Libitum est urbano Muri deambulare rus. Vidit
hunc Mus rusticus, inuitat, apparat, itur cœnatū.
Depromit rusticus q̄cqd posuerat in hyemē, &
exhaurit om̄e penu, ut tāti hospitis expleat lauiticiā. Urba-
nus tñ frontē corrugās, ruris dānat inopiā, urbis subinde
laudat copiā. Remeās ducit secū in urbē rusticū, ut q̄ uer-
bis iactitarat, re cōprobaret. Ineunt conuiuīū, q̄d urbanus
splēdide cōpararat. Inter epulandū, audiit in sera murmur
clavis, trepidare illi, & fugitare fugitando. Rusticus & in-
suetus, & loci ignarus ægre se tueri. Discedente famulo
redit urbanus ad mēsam, uocat rusticū, ille uix tandē me-
tu deposito prorepit. Inuitantē ad pocula urbanū percun-
ctat, num hoc periculū crebrū sit? Respōdet ille quotidia-
num esse, oportere cōtemni. Tum rusticus. Quotidianū
inquit? Me hercule istæ dapes plus fellis q̄ mellis sapiunt
Equidē malo cū securitate meā inopiā, q̄ cum tali anxie-
tate istā copiā.

Morale.

Diuitiæ præ se ferunt quidē uoluptatem, sed si introspi-
cias, habēt pericula, & amaritudinem. Eutrapeles quidā
fuit, qui cum inimicis suis q̄ maxime nocere uellet, diui-
tes eos faciebat, dicitās ita se eos ulcisci, quippe acceptu-
ros cum diuitijs ingentem sarcinam curarum.

De Aquila, & Cornicula.

Aquila nacla cocleā non ui, aut arte quiuit erue
re piscē. Accedens Cornicula dat consiliū. Sua
det subuolare, & e sublimi cocleā in saxa p̄cipi
tare, sic em̄ fore, ut concha frangat. Humi manet Cornicu
la, ut p̄stoleat casum, p̄cipitat Aquila, frangit̄ testa, subripi
tur piscis a Cornicula, dolet elusa Aquila. **Morale.**

Noli q̄busuis habere fidē, & consiliū, q̄d ab alijs accepe
ris, fac inspicias. Multi em̄ cōsulti, nō suis cōsultorib⁹, sed
sibi cōsulant. **De Coruo, & Vulpecula.**

Pradam naclus strepitat in ramis Coruus. Videt
Vulpecula gestientē, accurrit. Coruū inquit plu
rima salute impertit uulpes. Sæpenumero audie
ram famā esse mendacē, iam re ipsa experior. Nam ut hac
forte iam pretereo, suspiciens te in arbore, aduolo culpās
famā. Fama em̄ est te nigriorē pice eē, & uideo cādidiorē
niue. Meo sane iudicio cygnos uincis, & hædera formosi
or alba es. Qd̄ si ut plumis, ita & uoce excellis, oim̄ auitū
equidē te dixerim reginā. Hac assentatiūcula illectus Cor
uus, ad canendum apparat, apparati uero e rostro excidit
caseus, quo correpto, Vulpecula cachinnū tollit. Tum de
mū miserū Coruū pudet, pigetq; sui. Et iactura rei mixta
pudore dolet. **Morale.**

Nōnulli sic auidi laudis sunt, ut cum suo probro & da
mno ament assentatorem, Eiusmodi homuntiōes prædæ
sunt parasitis. Quod si uitaueris iactantiam, facile assenta
torū pestiferum genus uitaueris. Situ uoles esse Thraso

A iij

nusq̄ deerit Gnato:

De Leone senectute confecto:

LEo q̄ in iuuentute cōplures sua ferocitate fecerat inimicos, in senectute exoluit pœnas. Reddūt tā lionē bestię. Dēte aper, cornu petit taurus. In primis asellus, uetus ignauie nomē cupiēs abolere, uerbis, et calcibus strenue insultat. Tū gemebūdus leo. Hī quibus olim nocui, iā uicissim nocēt, & merito. Sed hī q̄bus aliquñ pfui, iā uicissim nō profunt, imo etiā īmerito obsunt. Stultus fui, q̄ multos fecerim inimicos, stultior, q̄ falsis amicis confusus fuerim.

Morale.

In secundis rebus non efferaris, nō sis ferox. Nam si uultum mutarit fortuna, ulciscētur quos læsisti. Et inter amicos fac habeas discrimen. Sunt em̄ quidam amici non tui sed mensæ tuæ, sed fortunæ tuæ. Quæ quidem fortuna simul ac mutata erit, & illi mutabunt. Et bene tecū actum erit, si nō inimici fuerint. Merito querit̄ Ouidius. En ego non paucis quondam munitus amicis, Dum flauit uelis, aura secunda meis. Vt fera nymboſo tumuerunt æquora uento, In medijs lacera puppe relinquor aquis.

De Cane, & Asino.

DUm blādiret̄ canis hero, & familię, herus, & familia canē demulcet, asellus id uidēs, altius gemit, coepit eū pigere suę sortis, iniq̄ putat cōpartū, canē gratū esse cūctis, pasciq̄ de mensa herili, idq̄ otio ludoq̄ cōsequi. Sese cōtra portare clitellas, cædi flagello, nūq̄ otiosum esse, & cūctis tñ odiosum. Si hæc fiant blādī:

hīs, eam artē, q̄ tam utilis sit, statuit sectari. Igit̄ quōdā tem-
pore redeūti domū hero, rē tētaturus, p̄currit obuiā, subsi-
lit, pulsat unguis. exclamante hero, accurrere serui, & ine-
ptus asellus, q̄ se urbanū credidit fuisse uapulat. *Morale.*
Nō oīa possumus oēs (ut ait Vergilius in Bucolicis) nec
omnes omnia decent, id quisq; uelit, id tentet quod possit
Non simus id quod græce significantius dicit̄, ὄνος λύρας,
id est, asinus lyrarū uel lyræ. Sic aut̄ Boetius. Asinus ad ly-
ram positus, Repugnante natura irritus est labor, Tu nis-
hil inuīta facies dicesue Minerua, teste Horatio.

De Leone, & Mure.

LEo æstu, cursuq; defessus, sub umbra fronde su-
per uiridi quiescebat. Murum aut̄ grege tergum
eius percurrente, experrectus unū e multis com-
prehendit. Supplicat captiuus, indignum se esse, cui leo
irascatur clamat. Reputans ille in nece tantillæ bestiolæ
nihil esse laudis, captiuū dimittit. Nec uero ita multo post
leo forte dum per saltum currit, incidit in plagas. Rugire
licet, exire non licet. Rugientē miserabiliter leonem, mus
audit, uocem agnoscit, repit in cuniculos, laqueorū quæ-
rit nodos, quæsitos inuenit, inuentos corrodit, leo e plas-
gis euadit.

Morale.

Hæc fabella suadet potentibus clementiam. Etenim ut
sunt res humanæ instabiles, egent interdum ipsi potens-
tes ope humillimorum. Quare uir prudens, & si potest ti-
mebit uel ulli hominum nocere. Qui autem non timet
noceri alteri, ualde desipit. Quid ita? Quia & si iam

AE S O P I

potētia fretus neminem metuis, forsan olim erit ut metū
as. Cōstat em̄ euenisse claris, magnisq; regibus, ut uilium
homuntionū, uel gratia indiguerint, uel iram metuerint.

De Miluo ægroto.

Lecto decumbebat Miluus. Iam ferme moriēs ma-
trem orat precatum ire deos. Mater respōdet, nil
lopi illi sperādum a dīs, quorū sacra, & aras suis
rapinis toties uiolasset. Morale.

Decet uenerari superos. Illi enim pios iuuant, impios
auerfantur. In foelicitate neglecti, in miseria nō exaudient
Quare in secūdis rebus sis eorum memor, ut in aduersis
rebus præsentes sint uocati.

De Hirundinibus.

Cum primum ceptum est seri linū, Hirundo suas
det auiculis impedire sementē, dicitans, sibi fie-
ri insidias. Irrident illæ, stultā uatē hirundinē uo-
cant. Surgente iam lino, & uirescente, rursus monet euel-
lere fata. Iterū irrident. Maturescit linū, hortat̄ populari se-
getē. Cū ne tunc quidē consulentē audirēt, Hirundo auis
um coetu relicto, hominis sibi cōciliat amicitia. Init cū eo
foedus, cohabitat, cantu demulcet. Cæteris auibus e lino
fiunt retia, & laquei. Morale.

Multi nec ipsi consulere sibi norunt, nec recte consulen-
tem audiūt. Sed cū in periculis sunt, & damnis, tū demū
sapere incipiūt, & suā damnare secordiā. Tum sat superq;
consilij est. Hoc inquit, & illud factum oportuit. Sed
præstat esse Prometheum, q̄ Epimetheū. Fuere hi fratres

nomina sunt græca. Alteri consilium ante rem fuit, alteri post rem. Quod declarat interpretatio nominum.

De ranis, & earum Rege.

Gens ranarū, cum esset libera, Ioui supplicabat dari regem. Ridere Iuppiter uota ranarum, illæ tamen iterū atq; iterū instare, donec ipsum perPELLERENT. Deijcit ille trabem, ea moles ingenti fragore quassat fluuium, territæ silent ranæ, regē uenerantur. Accedunt pedetentim propius, tandem abiectio metu, insultant, & desultant. Iners res lusui est, & contemptui. Lacesunt, rursus Iouem orāt regem dari, qui strenuus sit. Dat Iuppiter ciconiā. Is p̄strenue pambulans paludē, q̄cquid ranarū obuiā sit, uorat. De huius igiŕ sæuitia ranæ frustra questæ sunt. Iuppiter nō audit. Nam & hodie adhuc queruntur. Vesperī em̄ ciconia cubitū eunte, ex antris egresſæ, rauco ululatu murmurant, sed surdo canunt. Vult em̄ Iuppiter, ut quæ regem clementē sint deprecatae, iam ferant inclementem.

Morale.

Perinde atq; ranis, euenire solet plebi, quæ si regem paulo māsuetiorē habet, ignauū, inertem esse causatur, optat aliquando contingere sibi uirum. Contra si quādo nacta est regem strenuum, huius sæuitiam damnat, prioris laus dat clementiam. Siue q̄ semper præsentium nos poenitet siue q̄ uerū est uerbū. Noua ueteribus non esse potiora.

De Columba, & Miluis.

Columbæ olim bellū gessere cū miluo, quē ut expugnarent, delegerūt regē accipitrē. Ille rex factus hos

B

AE S O P I

stem agit nō regē. Non segnius ac miluus, rapit ac lanias
Poenitet columbas incepti, satius fuisse putantes pati bel
la milui, q̄ tyrannidē accipitris. Morale.

Neminē suae fortis nimitū pigeat. Nil est (teste Flacco) ab
omī pte beatū. Equidē meā sortē, mō tollerabilis sit muta
ri nō optē. Multi noua sorte q̄sita, ueterē rursus optarunt,
Itaq̄ pleriq̄ ingenio sumus oēs, nosmet nostri poenitet.

De Fure, & Cane.

FVri aliquando panē (ut sileat) porrigenti, respon
dit canis. Insidias tuas noui, panē das, quo desinā
latrare. Sed ego tuū munus odi, q̄ppe si ego tuler
ro panē, tu ex his tectis cuncta asportabis. Morale.

Caue parui cōmodi causa, amittas magnum, caue cui
uis homini fidem habeas. Sunt enim qui dolo non tantū
benigne dicunt, sed & benigne faciunt.

De Lupo, & Sucula.

PArturiebat sucula, pollicetur lupo se custodem
fore foetus. Respondit puerpera, lupi obsequio
se non egere. Si uelit pius haberi, si cupiat gratū
facere longius abeat, Lupi enim officiū constare non prē
sentia, sed absentia. Morale.

Non sunt cuncta credenda cunctis. Multi suam operā
pollicentur, non tui amore, sed sui, suum quærentes com
modum, non tuum.

De partu montium.

OLim rumor erat parturire montes, homines ac
currunt, circūstunt, monstri quippiā non sine

pauore expectantes, Pariunt tandem montes, exit mus.
Tum omnes risu emori. Morale.

Hanc fabellam tangit Horatius, Parturiunt montes (inquit) nascetur ridiculus mus. Notat autem iactantiam, Iactabundi enim cum magna profitentur, & ostentant, uix parua faciunt. Quapropter Thrasones illi iure sunt materia ioci, & scommatū. Verat item hæc fabella inanes timores, Plerūq; enim grauior periculo est periculi metus, immo ridiculum est, quod metumus.

De Cane uenatico.

C Anē uenaticū, qui iam senuerat instigat herus, frustra hortat, tardi sunt pedes, non pperat. Prehenderat ferā, fera edētulo elabit. Increpitat herus uerbere, & uerbo. Canis respondet debere sibi iure ignosci, iā senuisse, at iuuenē fuisse strenuū. Sed ut uideo inquit, Nil placet sine fructu, Iuuenē amasti, senem odisti. Amasti prædabundū, odisti tardū edentulū. Sed si gratus esses, quē olim iuuenē frugis causa dilexisti, senē fructuosa iuuentutis gratia diligeres. Morale.

Recte canis. Nam teste Nasone. Nil nisi qd prodest charum est, en detrahe menti Spem fructus auidæ, nemo petēdus erit. Præteriti cōmodi nulla est memoria, futuri aut gratia non magna, p̄sentis cōmodi summa. Turpe quidē dictu, sed si mō uera fatemur. Vulgus amicitias utilitate p

De Leporibus, & Ranis.

(bat.

Sylua insolito mugiete turbine, trepidi lepores rapide occipiunt fugere. Fugientes, cū obsisteret palus

Retere anxii, utrinque comprehensi periculis. Quocumque maioris esset incitamentum timoris, uident in palude mergi ranas. Tum ex leporibus unus prudentior caeteris, ac disertior. Quid inquit inaniter timemus? Animo opus est. Corporum quidem agilitas nobis est, sed animus deest. Hoc periculum turbinis non fugiendum, sed est contemnendum. Morale.

Omni in re opus est animo. Iacet uirtus sine confidentia. Confidentia enim dux, & regina uirtutis est.

De Hædo, & Lupo.

CApra cum esset pastum itura, hœdum domi concludit, monens aperire nemini, dum redeat ipsa. Lupus, quod id procul audierat, post matris discessum pulsat fores, uoce caprisat, iubens recludi. Hœdus dolosus sentiens. Non aperio inquit. Nam & si uox caprisat, tamen equidem per rimulas lupum uideo. Morale.

Obaudire parenti filios, ipsis est utile, & iuuenem seni decet auscultare.

De Ceruo, & Lupo.

Ceruus coram lupo ouem ream facit, modicum tritici debere clamitans. Ouis debiti quidem erat inscia, tamen ob lupi presentiam spondet se daturam. Dicitur solutioni dies. Dies adest, monet ceruus ouem. Illa ita inficias. Quod enim promiserit excusat factum id metu, & presentia lupi. Votum extortum non esse seruandum. Morale.

Sententia iuris est. Vim ui repellere licet. Ex hac fabella noua quaedam nascitur. Fraudem fraude refellere licet.

De Rustico, & Angui.

Rusticus quidā nutrierat anguē. Iratus aliqñ, be-
stia petiit securi, Euadit illa nō sine uulnere. Po-
stea rusticus deueniēs ad paupertatē, ratus est
id infortunij, propter anguis iniuriā sibi accidere. Igit sup-
plicat angui ut redeat. Ille ait ignoscere se, sed redire nolle
Necq̄ em̄ fore securū, cū rustico tāta sit domi securis. Lūo-
rem uulneris desisse, supesse tñ memoriā. **Morale.**

Ei, qui semel fidem soluit, iterū habere fidem uix est tu-
tum. Iniuriam quidē donare, id sane misericordiæ est, ca-
uere autem sibi & decet & prudentiæ est.

De Vulpecula, & Ciconia.

Vulpecula uocarat ciconiā ad coenā. Opsoniū
in mēsam effundit, qd cū liquidū esset, ciconia
frustra rostro tentante, uulpecula lingit. Abit
elusa auis, pudetq̄ pigetq̄ iniuriæ. Post plusculum dierū
redit, inuitat uulpeculā. Vitreū uas situm erat plenū belli-
opsonij. Qd̄ quidē uas cū esset arcti gutturis, uulpeculæ
opsoniū licuit uidere & esurire, gustare non licuit. Cico-
nia rostro facile exhausit. **Morale.**

Risus risum, iocus iocū, dolus dolū, fraus meret̄ fraudē.

De Lupo, & capite picto.

Lupus in officina sculptoris caput humanū reper-
tum uersat, mirat̄, Sentiēs (id, quod erat) nihil ha-
bere sensus. O pulchrū inquit caput. Est in te ar-
tis multum, sed sensus nihil. **Morale.**

Externa pulchritudo, si assit, grata est, Sin alterutra ca-

rendū est, p̄stat externa q̄ interna careas. Illa em̄ sine hac interdū incurrit odiū, ut stolidus eo sit odiosior, quo formosior.

De Graculo.

GRaculus ornauit se plumis pauonis. Deinde pulchellus sibi uisus, fastidito genere suo, contulit se ad pauonū genus. Illæ tandē intellecta fraude, stolidā auē coloribus nudarūt, & plagis affecerūt Horatius hanc fabellā primo epistolarum libro narrat de cornicula. Ait eam olim adornatā collectis quæ auib⁹ exciderāt plumis, post ubi unaquæq; auium suā plumā decerpserit, ridiculā fuisse. Ne si forte suas repetitum uenerit olim Grex auium plumas, moueat cornicula risum, Furtiuis nudata coloribus.

Morale.

Notat hæc figura eos q̄ se gerūt æquo sublimius, qui cū his uiuūt, qui & ditiores sunt & magis nobiles. Quare sæpe inopes fiunt, & sunt ludibrio. Probe Iuuenalis monet E coelo descendit, γῶθι σεαυτ̄. hoc est, nosce teipsum.

De Musca & Formica.

Musca altercabat cū formica, se nobilē, illā ignobilē, se uolitare, illā repere, se uersari in tectis regum, illā cauernis latere, segetem rodere, aquā bibere, se splendide epulari iactitabat, & hæc tñ otio nancisci. E regiōe formica se nō ignobilē eē, sed suis natalib⁹ contentā, muscā uagā esse, se stabilē. sæpe formicæ grana & fluēta, q̄d muscæ pastilli & uina. Atq; hæc se nō segni otio, at strenua opera nancisci. Porro formicā latā esse & tutā, charā omnibus, exemplar deniq; laboris, Muscā an-

xiā cū periculo esse, cunctis infestā, cūctis inuisam, exem-
plar deniq; segniciei. Formicā hyemis memorē, alimenta
reponere, muscā in diem uiuere, hyeme aut esuriturā, aut
certe morituram. Morale.

Qui pergit q̄ uult dicere, q̄ nō uult audiet. Musca si be-
ne dixisset, bene audisset. Assentior aut formicæ. Videtur
em̄ optabilior uita obscura, cū securitate, q̄ cū piculo splē

De Rana, & Boue. (dida.

Rana cupida æquandi bouē, se distēdebat. Fili-
us hortabat matrē cepto desistere. Nihil em̄ es-
se ranā ad bouē. Illa secundū intumuit, clamitat
natus. Crepes licet mater, bouē nuncq; uinces. Tertiū aut
cum intumuisset, crepuit. Morale.

Cuicq; sua dos est. Hic forma, ille uiribus, hic opibus, ille
pollet amicis. Vnūquēq; suo decet esse cōtentū, ualet ille
corpe, tu ingenio. Quo circa q̄sq; semet cōsulat, nec inuis-
deat superiori, quod miserū est. nec (qd stultitiæ est) certare

De Equo, & Leone. (optet.

Venit ad equū cōmedendū leo. Carens aut p̄ se
necta uiribus, meditari cœpit artē, medicū se p̄-
fiteē, uerboꝝ ambage equū moratur. Hic dolo
dolū, artē opponit arti. Fingit se nup in loco spinoso pu-
pugisse pedē, orat ut inspiciēs sentē medic⁹ educat. Paret
leo, at equus quāta potuit ui, calcem leonī impingit, & se
cōtinuo cōijcit in pedes. Leo uix tandē ad se rediēs, icū
em̄ ppe exanimatus fuerat. Pretiū inqt fero ob stultitiā,
& is iure effugit. Dolū em̄ dolo ultus est. Morale.

B iij

Odio digna est simulatio, & simulatione capienda:
Non est timendus hostis, qui hostem præ se fert, sed qui
cum hostis sit, benevolentiam simulat, is demum timen-
dus, & odio dignissimus.

De Equo, & Asino:

Equus phaleris sellaq; exornatus cum ingenti hin-
nitu per uiam currebat. Currenti autem onustus
Asellus forte obstabat. Equus ira fremebundus &
frena ferox spumantia mandens. Quid inquit tarde igna-
ue obsistis equo? Cede inquam aut proculco te pedibus.
Asellus contra rudere non ausus, cedit tacitus. Equo aut
prouolanti & cursum intendenti crepat inguē. Tum cursus
sui & ostentui inutilis, ornamenti spoliatur, dein carrario
uenditur. Videt postea cum carro uenientē asellus, & af-
fatur. Heus bone uir, quid istuc ornati est? Vbi aurata sel-
la; bullata cingula, ubi nitidum frenum? Sic amice neces-
se fuit euenire superbienti. Morale,

Pleriq; in secundis rebus elati sunt, nec sui memores, nec
modestiae. Sed quia prosperitate insolescunt, aduersitatē
incurrunt. Eos, qui foelices uidentur, monuerim esse cau-
tos. Eteim si rota fortunae circumacta fuerit, sentient miserr-
imum genus infortunij esse, fuisse foelicē. Accedet ad cur-
mulū infoelicitatis id quoq; mali. Cōtemnent ab ijs, quos
ipsi contempserunt, & illudent eis ijs, quos ipsi risere.

De auibus, & quadrupedibus.

Auibus pugna erat cū quadrupedibus. Vtrinq; spes
utrinq; metus, utrinq; erat periculum. Vespertilio autem

relictis socijs, defecit ad hostes. Vincunt aues duce & auspice aquila. Transfugam uero uespertilionem damnant, uti ne ad aues unq̄ illi sit reditio, uti ne luce unq̄ sit uolatus. Hæc causa uespertiloni est, ut non nisi noctu uolet.

Morale.

Qui cum socijs aduersitatis & periculi particeps esse renuit, prosperitatis & salutis expers erit.

De Lupo, & Vulpe.

Lupus cum prædæ satis esset, in otio degebat. Accedit uulpecula, sciscitatur otij causam. Sensit lupus insidias fieri suis epulis, simulat morbum esse causam, orat uulpeculam, deprecatur iri deos. Illa dolens dolum non succedere, adit pastorem, monet petere latebras lupi, hostem enim securum posse inopinato opprimi. Adoritur pastor lupum, maçtat. Illa potitur antro & præda. Sed fuit illi breue sceleris sui gaudiũ. Nam non ita multo post, idem pastor & ipsam capit. Morale.

Fœda res inuidia est, & ipsi interdũ authori quoq̄ perniciosa. Flaccus epistolarum primo. Inuidus alterius rebus marcescit opimis. Inuidia Siculi non inuenere tyranni Maius tormentũ.

De ceruo.

Ceruus in perspicuo fonte se cõspicatus, probat procera frontis, & ramosa cornua, sed tiliarum exilitatẽ damnat. Forte dum contemplañ, dum iudicat, interuenit uenator. Fugit ceruus otior pilis, & agente nymbos otior euro. Insectant fugientẽ canes. Sed cũ intrasset condensam syluã, implicita sunt ramis cornua

B v

AE S O P I

Tum demū tibias laudabat, & cornua damnabat, q̄ fecerit
re ut p̄da esset canibus. Morale.

Fugienda petimus, petenda fugimus. Placent quæ offi-
ciunt, quæ conferunt displicent. Beatitudinem cupimus
priusq̄ ubi sit intelligamus. Opum excellentiam & hono-
rum celsitudinem quærimus, in his beatitudinē sitam opi-
namur, in quibus tamen multum laboris est & doloris.
Pulchre id significat Lyricus ille noster. Sæpius uentis ag-
gitat̄ ingens Pinus, & celsæ grauiore casu Decidunt tur-
res, feriuntq̄ summos Fulgura montes.

De Vipera, & Lima.

IN fabrica offendēs limā uipera, cœpit rodere. Sube-
risit lima, Quid inquiring inepta? Quid agis? Tu ti-
bi ante contriueris dentes, q̄ me atteras, quæ duriti-
am æris præmordere soleo. Morale.

Etiam atq̄ etiam uide, qui cum tibi res sit. Si in fortiorē
dentes acuis, non illi, sed tibi nocueris.

De Lupis, & Agnis.

LVpis & agnis, q̄bus natura discordia est, fœdus
aliq̄n fuit, datis utrinq̄ obsidibus. Lupi suos catu-
los, Oues canū cohortē dedere. Quietis ouibus
ac pascētibus, lupuli matrum desyderio ululatus ædunt.
Tum lupi irruentes, fidē, fœdusq̄ solutū clamitāt, ouesq̄
canū p̄sidio destitutas, laniant. Morale.

Inscitia est si in fœdere, tua præsidia hosti tradas. Nam q̄
hostis fuit, hostis forsan esse nondū desit. Fortassis & cau-
sam ceperit, cur te nudatum præsidij adoriatur.

De Sylua, & Rustico.

Quo tempore etiã arboribus suis sermo erat, uenit rusticus in syluã, rogans ut ad securim suam tollere liceat capulum. Annuit sylua. Rusticus aptata securi cœpit arbores succidere. Tum & quidẽ sero, pœnituit syluã suę facilitatis. Doluit seip̃am esse causam sui exitij. Morale.

De quo bene merearis uide. Multi fuere, qui accepto beneficio, in authoris abusi sunt perniciem.

De Membris, & Ventre.

Pes & manus uentrem olim incusarunt, q̃ ab otioso eo lucra ipsorum uorarentur. Iubet aut laboraret, aut ali ne petat. Supplicat ille semel, & iterũ negant tamen manus alimentum. Exhausto inedia uentre, ubi cœpere omnes artus deficere, tum manus uoluit tandem officiosa esse, uerum id sero. Nam uenter desuetudine debilis, cibũ reppulit. Ita cuncti artus dum uentri inuident, cum uentre pereunte pereunt. Morale.

Perinde atq̃ in membrorum societate est, ita habet se societas humana. Membrũ eget membro, amicus eget amico. Quare mutuis operis, & mutuis officijs utendum est. Neq̃ diuitiã, neq̃ dignitatum apices hominẽ satis tuentur. Vnicum & summũ præsidiũ compluriũ amicitia est.

De Simia, & Vulpecula.

Simia uulpeculã orat, ut partẽ caudę sibi donet, ad tegendas nates. Illi cãm esse oneri, q̃d sibi foret usui & honori. Respõdet illa nihil nimis eẽ, & se malle huius

mum cauda sua uerri q̄ simiæ nates tegi. *Morale.*

Sunt qui egeant, sunt quibus superet. Nulli tamen diuitum id moris est, ut re superflua beet egenos.

De Ceruo, & Bobus.

Ceruus Venatorē fugiens, coniecit se in stabulū. Boues orat ut in p̄sepe latitari liceat. Boues tum esse negant. Mox em̄ dominū & famulum affuturos. Ille securū se esse ait, modo ne ipsi prodant. Intrat famulus, occultū fœno nō uidet, exit. Gestire ceruus & nihil iam timere. Tum unus e bobus, & æuo & consilio grauis. Facile inquit erat hunc, qui talpa est fallere, sed ut herū, q̄ Argus est lateas, hoc opus, hic labor est. Mox deinde introgredit̄ herus. Qui ut serui negligentia corrigat, cuncta lustrans oculis, & p̄sepe manu tentans, cerui deprendit sub fœno cornua. Inclamat famulos, accurrunt ferā occludunt, capiunt. *Morale.*

In aduersis rebus & periculis, latebræ difficiles sunt inuētū. aut quia miseris ut cepit fortuna exagitat, aut quia ipsi metu impediti, & inopes consilij semet imprudentia

De Leone, & Vulpecula. (prodūt.

Leo ægrotabat, uisebant animalia, una officium differēte uulpecula. Ad hanc legatū mittit leo cum epistola, quæ uenire admoneat. Gratissimā rem ægroto fore, eius unius p̄sentiam. Nec quicq̄ periculi fore cur uulpecula metuat, leonem enim primū quidem amicissimum esse uulpeculæ, ideoq̄ percupere eius colloquium, Deinde ægrotum esse & decumbere, ut etiam

si id, quod non erat uelit, nocere tamen non queat. Rescribit uulpecula, optare se ut leo conualescat, idque oraturam superos. Cæterum minime uisuram, terreri enim se uestigijs. Quæ quidem uestigia cum omnia sint antro leonis aduersa, & nulla auersa, eam rem indicium esse, multum quidem animalium introisse, sed exisse nullum. Horatius Olim quod uulpes ægroto cauta leoni Respondit, referam quia me uestigia terrent. Omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum. Morale.

Caue fidem habeas uerbis, ni caueris, sæpe tibi dabuntur uerba. Capienda est coniectura cum ex uerbis, tum ex factis, & ex his illa sunt iudicanda.

De Vulpecula, & Mustela.

Vulpecula longa inedia tenuis, forte per angustiorē rimā in cameram frumenti repsit. In qua cum probe pasta fuit, dein rursus tētantē egredi, distentus impediūt uenter, Mustela luctantē procul cōtemplata, tādē monet si exire cupiat, ad cauū macra redeat, quo macra intrarat. Morale.

Videas complures in mediocritate lætos esse, atque alacres uacuos curis, expertes animi molestijs. Sin hi diuites facti fuerint, uidebis eos mœstos incedere, nunquā frontē porrigere, plenos curis, animi molestijs obrutos. Hanc fabellā sic Horatius canit. Forte per angustam tenuis uulpecula rimam Repserat in cameram frumēti, pastaque rursus Ire foras pleno tendebat corpore frustra. Cui mustela procul si uis (ait) effugere istinc, Macra cauum repetas ar

AE S O P I

Etum, quem macra subisti.

De Equo, & Ceruo.

EQuus gerebat bellum cum ceruo. Pulsus tandē
 e pascuis implorabat opem humanā. Redit cum
 homine, descendit in campum, uictus antea, iam
 fit uictor. Sed tamē hoste uicto, & sub iugum misso, ipse
 uictor necesse est seruiat homini. Equitem fert dorso, &
 frenum ore.

Morale.

Dimicant multi contra paupertatem. Qua per fortunā
 & industriam uicta, saepe uictoris interit libertas. Domi-
 ni quidem, & uictores paupertatis, seruire incipiunt diui-
 tijs, aguntur auaritiæ flagris, parsimoniæ cohibentur fren-
 nis, nec quærendi tenent modum, nec iusto quidem aua-
 ritiae supplicio, partis rebus audent uti. Horatius de hac
 fabella. Ceruus equum pugna melior cōmunibus herbis
 Pellebat, donec minor in certamine longo Implorauit o-
 pes hominis, frenumq; recepit. Sed postq; uiolens uictor
 discessit ab hoste, Non equitem dorso, non frenum repu-
 lit ore. Sic qui pauperiem ueritus, potiore metallis Liber-
 tate caret, dominum uehet improbus, atq; Seruiet æter-
 num, qui paruo nesciet uti.

AE S O P I F A B V L A E H A D R I
 A N O B A R L A N D O I N
 T E R P R E T E.

De duobus Adolescentibus.

ADolefcētes duo opsoniū apud cocū sese em-
pturos simulāt. Coco alias res agente, carnē
alter e canistro surripit, dat socio ut sibi ueste
occulat. Coccus subreptā sibi carnis partem
ut uidit, furti utrūq; cepit insimulare. Qui abstulerat per
Iouē nihil habere, is uero, qui habuit, nihil abstulisse idē
tidem deierat. Ad quos me quidē, inquit cocus, fur nunc
latet, sed is inspexit, is scit, quem iurastis. *Morale.*

Si quid peccauimus, id nō statim sciūt hoīes, at deus oīa
uidet, q̄ sedet sup̄ cœlos, & intueſt abyſſos. Quod si cogi-
tent homines, suppressius, prudentiusq; peccabitur.

De Cane, & Lanio.

CANIS in macello cū lanio carnē abstulisset, in pe-
des sese continuo quantū potuit coniecit. Lani-
us iactura rei p̄cussus, primū tacuit, deinde anis
mum recipiens, sic p̄cul acclamatit. O furacissime curre
tutus, impune tibi licet, tutus em̄ es nunc ob celeritatem.
Post hac aut̄ cautiſus mihi obseruaberis. *Morale.*

Hæc fabula significat plerosq; omnes tum demum fie-
ri cautiſus, ubi damnum acceperint.

De Cane, & Oue.

CANIS ouem in ius uocat, panem ex mutuo de-
bere clamitans, illa it inficias. Miluus, lupus, uul-
tur accersuntur, rem affirmant, damnatur ouis,
damnata canis rapit, ac deglubit. *Morale.*

Falsis testimonijs opprimi q̄ plurimos, cum nemo nes-
cit, tum hæc q̄ optime docet fabellula.

De Agno, & Lupo.

AGno comitanti caprū, lupus fit obuiam, rogatur
cur relicta matre olidū potius sequat hircū, sua
detq; ut ad distenta lacte matris ubera redeat,
spērās ita fore abductū ut laniet, ille uero, mater me, o lu-
pe inquit, huic cōmisit, huic summa cura seruandī data est
Parēti potius q̄ tibi obsequendū, qui me seducere istis di-
ctis postules, seductū mox p̄cerpere. **Morale.**

Noli omnibus fidem habere, multi enim dum alijs ui-
dentur uelle prodesse, sibi interim consulunt.

De Adolescente, & Cato.

CUm adolescēs qdā in delitijs, amoribusq; usur-
passet catū. Venerē p̄cibus fatigauit, ut catū in
fœminam transfiguraret. Cōmiserescit, & audit
orantē Venus, fit metamorphosis, quæ adolescenti mise-
re amanti perplacuit, nempe tota succi plenula, tota can-
didula, tota elegātula. Itur deinde in cubiculū, ridef, ludif
Nec uero ita multo post p̄cupiēs experiri dea, nunqd ca-
tus cum corpore mutasset & mores? per impluuium im-
mittit musculū, ibi risu prorsus, atq; ludo res digna acci-
dit. Conspectā illico bestiolā insequit muliercula. Venus
indignans fœminæ uultus iterū in catū, Cum pedibusq;
manus, cum paruis brachia mutat Cruribus, & cauda est
mutatis addita membris. **Morale.**

Cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt.
Nimisq; difficile est assueta relinquere. Naturā expellas
furca licet ipsa recurret, inquit Horatius.

De Patre, & filijs.

Complures habebat agricola filios adolescentu-
los, inter se discordes fuere, q̄s pater elaborans
trahere ad mutuū amorē, apposito fasciculo, iu-
bet singulos breui circūdatū funiculo effringere, imbecil-
la nequicq̄ conat̄ ætatula. Soluit parēs, redditq̄ singulis
uirgulā, quā cū pro suis quisq̄ uiriculis facile frāgeret. O
inquit filioli, sic cōcordes uos uincere poterit nemo. Sed
si mutuis uolueritis sæuire uulneribus, atq̄ intestinū agi-
tare bellum, eritis tandē prædæ hostibus. *Morale.*

Docet hic apologus, concordia paruas res crescere dis-
cordia magnas dilabi.

De Rustico, & Equo.

Rusticus equū uacuū, asinumq̄ sarcinulis egre-
gie onustū producit ad uiam, defessus asellus,
equū sibi onera ut adiutet, orat si saluum uelit.
Negat facturū equus. Asellus tandē sarcinæ pondere gra-
uatus procumbit, morit̄. Herus om̄e onus, mortui quoq̄
aselli coriū in equi dorsum reclinat, quibus cū ille depri-
meret̄, me miserū inquit, merito meo sic nunc exerceor, q̄
dudū laboranti asino opitulari nolui. *Morale.*

Monemur hac fabula, ut oppressis subueniamus ami-
cis, ortus nostri (inquit Palato) partem sibi patria uendi-
cat, partem amici.

De Carbonario, & Fullone.

Fillonem inuitabat Carbonarius, ut secū in unis
ædibus habitaret, Fullo nō est (inquit) mi homo

C.

istuc mihi uel cordi, uel utile, uereor em̄ magnopere, ne
q̄ ego eluā, tu reddas tā atra q̄ carbo est. *Morale.*

Monemur hoc apologo cum inculpatis ambulare. mo-
nemur sceleratorum hominum consortia ueluti pestem
quandam, deuitare. Trahunt inquit Campanus, hominē
fodalicia commertia, etiam in mores penetrant, & perin-
de quisq; euadit, ut quibus cum uersatur.

De Aucupe, & Palumbo.

IT uenatū auceps, uidet nidulātē procul in altissima
arbore palumbū, adproperat. deniq; insidias molit̄
præmit forte calcibus anguē. Hic mordere, ille im-
prouiso exanimatus malo, Me miserū inquit, dum alteri
insidior, ipse dispereo. *Morale.*

Significat hæc fabula nōnunquam eos suis artibus cir-
cumueniri, qui res nouas moluntur.

De Buccinatore.

BVccinator quidā ab hostibus captū, abducit. tre-
pidare ille, supplicare, ut parcant innoxio, si qm̄
nihil unq; armorū præter unā buccinā gestaue-
rit, hominē non potuisse quidē occidere, nedū uoluisse.
Illi contra murmure tum sæuo tum uerberibus intonant
nihil agis scelus, maxime noces, atq; nunc hic trucidabe-
re, qd cum ipse ut fateris, sis rei militaris imperitus, cornu
isto tuo, aliorū excitas, euibrasq; animos. *Morale.*

Grauiissime peccāt nōnulli, qui ad mala, quicq; satis pro-
nis principibus, ut inique agant, consulunt, atq; huiusmo-
di quædā ad aliorū aures occinunt. Quid, etiam dubitas?

ante principem esse oblitus es? an non tibi quod libeat licet? tu legibus maior, in te legirupæ nomen cadere haud potest, qui ipsis etiam dominaris legibus, tui nihil possident, quod tuum non sit, tu potes & seruare & perdere, tibi fas est opibus, dignitateq; agere, quem uisum sit, Fas est ubi libuerit adimere, alios alia uel damnant uel commendant, tibi nihil non honestissimum futurum.

De Lupo, & Cane.

Lupus canis ante lucē in sylua forte fortuna sit obuia, salutatur, aduentū gratulatur, denique rogatur quo pacto tam sit nitidus, cui ille, herilis cura hoc efficit herus me blandientē sibi demulcet, de mensa pascor herili nitidissima, nuncq; sub dio dormito, tum uniuersae familiae nō dici potest q̄ sim gratus. Ne tu (inquit lupo) multo es foelicissimus, o canis, cui tam benignus, & comis contigit herus, quo cum o utinā cōmorari & mihi liceat, nulum me animantiū esset uspiā fortunatius. Canis noui status cupidissimū uidens lupum, effecturum se pollicetur, ut hæreat in parte aliqua apud herū, modo de pristina ferocia aliquid remittere, & seruitutem seruire uelit. Stat sententia, lupo libitū est deambulare ad uillā, sermones edūt in itinere prorsus iucundissimos. Postea uero q̄ illuxit, contritum canis collū uidens lupo. Quid sibi uult, inquit, o canis, tua istec prorsus depilata ceruix? solebā inquit ille, feroculus notis pariter, & ignotis allatrare, obmordereq; nōnunq; id ægre ferens herus, crebris me tundeat uerberibus, prohibens etiā ne quem præter furem, lupumq;

C ij

adorirer, ego sic uapulando uictus sum, & mitior factus.
Hocq; genialis fauicia seruauit signum. Iupus hoc audito
ego inquit heri tui amicitiam tanti non nemo. Vale igitur
o canis, cum tua ista seruitute, mihi mea potior est libertas.

Morale.

Optabilius est in humili casa dominum esse, & panem atrum
uorare, quam in amplissima regia opiparis mensis frui, & ob
noxium, trepidumq; agere. Nam libertas sublimi exulat au
la, ubi accipienda uenit, & mussitanda iniuria est.

De Agricola, & canibus.

Agricola cum ruri plusculos hyemasset dies, coepit
tandem necessarium rerum penuria laborare. In
terficit oues, mox & capellas, postremo boues
quoq; maecat, ut habeat quo inedia pene exhaustum cor
pusculum sustentet. Id uidentes canes, salutem fuga quare
re constituunt, se se enim non uictores diutius, quando ne
bobus quidem, quorum in opere rustico faciundo uteba
tur opera, pepercerit herus.

Morale.

In quam domum mercedis gratia te tradas, uide. Non
nulli humanissimi sunt heri. Multi etiam hodie eo demen
tia prolabuntur, ut uel seruos infortunio malo, & damno
libenter maecent.

De Vulpe, & Leone.

Vulpecula, quam leonis imanitate insuetam habebat,
semel atq; iterum id forte animalis contemplata,
trepidare, & fugitare, cum iam tertio obtulisset se
se obuiam leo, tantum absuit ut metueret quicquam uulpes, ut

confidenter illū adiuerit, salutaueritq̃.

Morale.

Oñes nos consuetudo audaciores facit, uel apud eos, quos antea aspicere uix ausi fuimus.

De Vulpe, & Aquila.

Vlpeculæ proles foras excurrerant, ab aquila comprehensæ, matris fidem implorant, accurrit illa captiuam prolem dimittat, aquilā rogat, aquila nactus prædam ad pullos subuolat, uulpes correpta face, quasi illius munitiones incendio absumptura esset insequitur, cum iam arborē conscendisset, & ipsa nunc te inquit, tuosq̃ si potes tuere, trepidans aquila incendiū dum metuit, Parce inquit mihi, paruisq̃ liberis, tuū quicquid habeo reddidero.

Morale.

Per aquilam potentis, atq̃ audacis animi homines intellige. Per uulpem pauperculos, quos calumnijs premere, cōtumelijsq̃ afficere, diuitibus æque studium est. Verum, quando est sua, & formicis ira, impotētes ij acceptā interdum probe ulciscuntur iniuriam.

De Agricola, & gruibus.

GRuibus, anseribusq̃ fata depascentibus, laqueum prætendit rusticus, capiunt grues, capiuntur anseres, capit & ciconia. Supplicat illa innocentē se se clamitans, & nec gruem nec anserē esse, sed auiū oīm optimā, quippe quæ parenti sedulo semper inseruire, eundemq̃ senio confectū alere consueuerit. Agricola horū inquit nihil me fugit, uerū cum nocētibus postq̃ te cepimus, cum his quoq̃ morieris.

Morale.

C iij

Qui flagitium cōmittit, & is, qui impuris se adiungit
socium, pari poena plectuntur.

De Gallo, & Cato.

Venit ad gallum cōmedendū catus, nō satis autē
habens ad nocendū causā, gallū criminari oc-
cipit, obstreperā esse auē dicitans, utpote quę
uoce tam acuta noctu dormientis hoīes expergefariat, il-
le se innocentē ait, cum sic excitet in opera mortales. Cas-
tus contra intonat, nihil agis scelestē, cum matre rem ha-
bes, nec sorore abstines, id gallus quoq; expurgare cum
niteref, Nec hoc inquit, perseuerātius sēuēns catus quicq;
facis, tu mihi hodie discerperis. *Morale.*

Vetus dictum esse ait Guilhelmus Goudanus, ut canē
cædas, facile inuenire baculū. Malus, si libitū fuerit, quo
iure, quacq; iniuria te præcipitem dabit.

De Opilione, & Agricolis.

Per editiore pratulo oues pascebat, atq; per iocū
terq; quaterq; lupū adesse clamitās, auricolas un-
dicq; exciebat, illi sepius elusi, serio auxilio implo-
ranti, dū nō subueniūt, fiūt oues p̄da lupo. *Morale.*

Si mentiri insuerit quispiam, huic si quādo uerum nar-
rare coeperit, haud facile habebitur fides. Superiori apo-
logo finitimus est ille apud Horatium de Plano scurra io-
cus. Nec semel irrisus triuū's attollere crura, Fracto crure
Planum, licet illi plurima manet Lachryma, per sanctū iur-
ratus dicat Osirim, Credite non ludo crudeles tollite clau-
dum. Quære peregrinum uicinia rauca reclamat.

De Aquila, & Coruo.

R Vpe editissima in agni tergū deuolat aquila, uī
dēs id coruus, imitari (uelut simius) gestat aqui
lam, in arietis uellus se demittit, demissus im
peditur, impeditus comprehenditur, comprehensus pro
ijcitur pueris. Morale.

Non aliorū, sed sua se quisq; uirtute aestimet. Tuo te pe
de metire inquit Horatius, id uelis, id tentes quod possis

De Cane inuido, & Boue.

P Ræsepio fœni pleno decūbebat canis, uenit bos
ut cōmedat. Ille sese surrigēs prohibere. Bos, dīj
te cū tua istæc inuidētia perdant, inquit, qui nec
fœno uesceris, nec eo me uesci finis. Morale.

Eo sunt ingenio pleriq; ut alijs inuideant, qd ipsi men
tis inopia assequi nequeunt.

De Cornice, & Oue.

S Trepitat in ouiculæ dorso cornicula, ouis, cani in
quit si sic obstreperes, ferres infortunium. At cor
nix scio quibus insultem, placidis molesta, sæuis as
mica. Morale.

Impotenti, & sincero perpetua est cum malis parata
certatio, illiditur solo innocentissimus quisq;, nocentis ue
ro præferocis hominis aures adstrepit nemo.

De Pauone, & Luscinia.

P Auo apud summi Iouis sororē, & coniugē Iuno
nem querit lusciniā suaue cantillare, se ob raucā
rauim, ab oibus irrideri. Cui Iuno, dos sua a dīs

cuiq; Luscinia cantu, tu plumis longe superas, unūquēq;
sua sorte decet esse contentum. *Morale.*

Quæ diui largiuntur, grato sumamus animo, neq; ma-
iora quæsierimus. Superi temere agunt nihil.

De Mustela, & Seniculo mure.

Mustela præ senio uiribus carēs, mures iam ita
ut solet, insequi non ualebat, meditari cœpit
dolum, in farinulæ se colliculum illatebrat, sic
sperans fore, ut citra laborem uenetur, accurrunt mures,
& farinam esitare dum cupiunt, ad unum omnes a muste-
la uorantur. *Morale.*

Vbi uiribus quispiam destitutus fuerit, ingenio opus
est. Lyfander Lacedæmonius subinde dicere solebat, quo
non perueniret leonina pellis, uulpinam assuendam esse
quod sic lucidius dixeris. Vbi uirtus non satis potest, ad-
hibenda est astutia.

Apologus ex Mantua, traductus.

Rusticus quidã ex malo, quã in proximo habeo-
bat agello, sapidissima quotannis legebat po-
ma, hero lecta donabat urbano, qui illectus in-
credibili pomorum dulcedine, malum tandē ad se trans-
tulit, ea ueterrima repēte exaruit, atq; ibi poma pariter &
malus periere. Quod cum patrifamilias nūtiaretur. Heu
difficile est, inquit, annosam transplantare arborem, satis
superq; fuerat, si frenos meæ nouissem imponere cupidis-
tati, fructus ramo decerpere. Hanc fabulã sic Mantuanus
Rusticus ex malo dulcissima poma legebat

Vnde dare urbano dona solebat hero,
 Ast herus illectus frugum dulcedine, malum
 Transtulit in laribus proxima rura suis.
 At quia malus erat senior translata, repente
 Aruit, & proles cum genitrice obiit.
 Heu male transfertur senio cum induruit arbor
 Inquit herus, fuerat carpere poma satis.

Morale eiusdem.

Qui nimium sapiunt, atq; inconcessa sequuntur,
 Desipiunt, cohibet qui sua uota, sapit.

FABVLAE M. PETRO STOTO VI
 ro ornatissimo eidemq; humanissi
 mo, scriptae a Barlando.

De Leone, & Rana.



Vdire uocē uisus leo profilit, subsistit nō sine
 trepidatiōe magni quippiā expectās, egredi
 tur tandem aquis ranula, leo deposito metu
 appropians, bestiōlā proculcat pedibus. Morale.

Vetat hic apologus inanes timores, ut illa a Guilhelo
 mo Goudano uersa fabula de partu montium.

De Formica.

Sitiēs uenit ad fontē ut biberet formica, incidit forte
 in puteū, opitulat̄ eminus ex arbore deiecto ramo
 columba. Ramū conscendens, formica seruat̄, adest
 columbā ut capiat auceps, non sinit formica, aucupis pes
 dem arripit mordicus, auolat columba. Morale.

Docet hęc fabula p̄clare merit̄is referendā esse gratiā.

D

De Auibus.

Gens auisū cū libere uagaret̄, optabat sibi dari regem. Pavo se in primis dignū qui eligeret̄ putabat, quia esset formosissimus, hoc in regem accepto, pica, o rex (inquit) si te imperāte aquila nos prae strenue (ut solet) insequi ceperit, quo illam modo abiges quo nos pacto seruabis? Morale.

In principe non tam forma, q̄ corporis fortitudo spectanda est, & prudentia.

De Aegroto, & Medico.

Medicus curabat aegrotum, ille tandē moritur. Tum ad cognatos medicus, hic inquit, intemperantia perijt. Morale.

Bibacitatem, & libidinem, nisi quis mature reliquerit, aut nunquam perueniet ad senectutē, aut perbreuem est habiturus senectutem.

De Leone, & Alijs.

Leo, asinus, uulpes eunt uenatū, capitur ampla uenatio, capta partiri iussa. Asino singulas singulis partes ponente, irrugit leo, asinū rapit, ac laniat. postea uulpeculae id dat negotij, quae astutior cum leoni longe optima posita parte, sibi uix minimā particulā reseruasset, rogat leo, a q̄ sic docta sit, cui illa, huius me (inquit) calamitas docuit, mortuū asinū ostendēs. Morale.

Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum.

De Hœdo, & Lupo.

Fenestra prospectās hœdus, p̄tereuntē lupum conui

cijis incessere audebat, cui lupus, non tu (ait) scelesti mihi
conuiciaris, sed locus. Morale.

Et tempus, & locus saepe audaciam addunt homini.

De Asino.

Asinus de hortulani saeuitia querens, Ioui suppli-
cat aliu dari herum. Exaudire Iuppiter uota asino
ni, dat tegulariu. Apud que cum tegulas, graui
oraq; tergo uectaret onera, accessit rursus Ioue, orat dari,
qui mitior sit. Ridere Iuppiter, ille tamen non destitit, in-
stare, orare usq; adeo, donec perpelleret. Dat ille coriariu
que ubi pnouit asellus, me miseru, inquit, qui dum nullo
sum contentus domino, in eum inciderim, qui nec corio
quide meo quantu auguror, parcat. Morale.

Semper damnamus qua praesentia sunt, & noua appe-
timus, qua (ut dici solet) ueteribus non sunt potiora.

De Anu, & Ancillis.

Anus quaedam domi habebat ancillas complures,
quas quotidie anteq; lucefceret, ad galli gallina
cei, quem domi alebat, cantu excitabat ad opus
ancillae quotidiani tandem negotij comotae toedio, gallu
obtruncant, sperantes iam necato illo, in medios sese dies
dormituras, sed haec spes miseras frustrata est, hera enim
ut interemptum gallum resciuit, intempesta deinceps no-
cte surgere iubet. Morale.

Non pauci grauius malum dum student euitare, in al-
terum diuersum incidunt. Peruulgatu est, Incidit in Scyl-
lam, qui uult uitare Carybdim.

De Asino, & Equo.

Asinus beatū putabat equū, q̄ pinguis esset, & in otio degeret, se uero infœlicē dicebat, q̄ macilē tus eēt, ac strigosus, q̄tidieq; ferēdis onerib⁹ ab imiti hero exerceret. Haud mlto post ad arma cōclamatū est. Tū equus nō equitē dorso, nō frenū reppulit ore, nec telū corpore. hoc uiso, asinus magnas dñs gratias agebat q̄ non equū se, sed asinū fecissent. *Morale.*

Miseri sunt, quos uulgus beatos iudicat, & nō pauci beati, qui se miserrimos putant, Sutor crepidarius regem dicit fœlicem, quem omnium rerum compotem uidet, non consyderans in quātas rex sollicitudines distrahatur, dum interim ipse optima cum paupertate cantillet.

De Leone, & Capra.

Edita rupe ambulantē caprā forte conspicatus leo monet ut potius in uiride pratū descendat. Capra facerem fortassis, inquit, si tu abesses, qui mihi nō istuc suades ut ego inde ullam capiam uoluptatem, sed ut tu habeas quod uores famelicus. *Morale.*

Oñibus ne habeas fidē, quidā em̄ nō tibi, sed sibi cōsultant.

De Vulture, alijsq; auibus.

Annum se natalem celebrare adsimulat uultur, auiculas ad cœnā iuuuat, ueniūt pleræq; om̄es, ueniētes magno plausu, fauoribusq; accipit, ac ceptas laniat uultur. *Morale.*

Non sunt amici omnes, qui blande dicunt, aut benigne se facere uelle simulant, latent sub hoc melle uenena.

De Anseribus.

Anseres una cū gruibus agrū vastabāt, quibus aus
ditis, rustici p̄tinus in illos ferunt, rusticos con
spicatę auolāt grues, capiunt anseres, q̄ impedi
ti corporis onere, subuolare nō poterāt. **Morale.**

Expugnata ab hostibus urbe, facile se subducit inops, at
diues seruit captus. In bello diuitiæ magis oneri sunt q̄

De Ioue, & Simia.

(ului.

Iuppiter scire percupiens quisnam mortaliū scitissī
mos æderet liberos, cōuocari iubet q̄quid uspiam
est animantiū. Cōcurrit ad Iouē undiq̄, aderat iam
alituū, pecudūq̄ genus, inter quos & simia deformes cas
tulos brachio gestans cum aduenisset, a risu nemo tempe
rare potuit, quin etiam Iuppiter ipse profuse admodum ri
sit. Ibi continuo Simia ipsa imo, inquit, nouit & Iuppiter
iudex noster, catulos meos magnopere om̄es quotquot
adsunt præcellere. **Morale.**

Suum cuiq̄ pulehrum, ut est adagium. Et alibi apud
Theocritum in Aeglo. Quę minime sunt pulchra, ea pul
chra uidentur amanti.

ANIANI Fabulæ Hadri. Barlan. interprete;

De Quercu, & Arundine.

Fastus olim atq̄ adeo insolentiæ plena quercus,
arundinem agressa est, si nunc inquiens pectus
animosum tibi, procede, agedum ad pugnam, ut
noster duarum euentus ostendat, utra uiribus præstet, a
rundo quercus cantum, exultationem, fortitudinisq̄ agi

D iij

tationē uanam nihil mirata, sic respondit, certamen nunc abnuo, nec meæ sortis me piget. Nam si in omnem partē mobilis, tempestates tamen peruinco sonoras, tu si semel uasto rex Aeolus antro, lucentes amiserit uentos, concides, & mihi tum rideberis. Morale.

Declarat hæc fabella, non eos semper fortissimos esse, qui nulla etiam laceffiti iniuria, alijs insultant.

De Piscatore, & Pisciculo.

Piscator iacto in aquā hamo, cibus illito, pisciculū eduxit, orat, obsecratq; captiuus, se minutulū uti abire sinat, & adulescere, ut postea maiore potia- tur. Piscator, ego (inquit) spem p̄tio nō emo, quippe qui eo fuerim ingenio semper, ut quicquid possem, malletm auferre potius in præsentia. Morale.

Hæc nos monet fabella, ne certa unq; incertorum spe unguibus amittamus. Quid enim stultius (ut est apud Ciceronem) q; incerta pro certis habere.

De Formica, & Cicada.

Appetente hyeme frumentū in areolā ad solē trahebat formica, uidet id cicada, accurrit, rogat granū, formica cur nō inquit, & tu meo exēplo æstate trahis quodcūq; potes, atq; addis aceruo. Respondet illa sibi id t̄pis cantādo transigi. Ridens formica, si ait æstate cantitare soles, merito nunc esuris. Morale.

Monemur hac fabula, dū adhuc robur corpis adest q̄rere ea, qbus imbecilla sustētē senectus. Per hyemē senectutē intellige, Per æstatē adulescentiā, & florum illum ætatis.

De Leone, & Tauro.

Leonē fugitabat taurus, in hircū incidit, is cornu,
& caperata minitabatur fronte, ad quē plenus ire
taurus, nō tua inqt in rugas cōtracta frōs me ter-
ritat, sed immanē metuo leonē, q̄ nisi tergo hæreret meo,
iam scires non ita paruā rem esse pugnare cum tauro, &
nostro sequi de uulnere sanguinē. **Morale.**

Calamitosis non est addenda calamitas; Sat miser est,
qui semel est miser.

F A B V L A E A N I A N I G V I L E L M O

Hermannō diuī Augustini ordinis canonico
interprete mutata, incipiunt foeliciter.

De Nutrice, & Lupo.

Nutrix minatur puerum plorantem (ni taceat)
dari lupo. Lupus id forte audit, spe cibi ma-
net ad fores. Puer tandem silescit, obrepente
somno. Regreditur lupo in syluam ieiunus,
& inanis. Lupa ubi sit præda sciscitatur. Gemebundus il-
le, uerba (inquit) mihi data sunt, Puerum plorantem se ab-
ijcere minabatur nutrix, at fefellit. **Morale.**

Fœminæ non est adhibenda fides.

De Testudine, & Aquila.

Ceperat testudinē tœdiū reptādi. Si quis eam in
coelum tolleret, pollicetur baccas maris rubri.
Sustollit eam aquila, poscit præmiū. Non habē

D iij

AE S O P I

tem fodit unguibus. Ita testudo, quæ concupit uidere astra, in astris uitam reliquit. Morale.

Tua sorte sis cõtētus. Fuere nōnulli q̄ si māsissent humiles, poterāt esse tuti, facti sublimes, inciderūt in pericula.

De Cancris matre, & filio.

CAncrum retrogradū monet mater antrosum ut eat, Filius respondet. Mater inquit, i præsequar. Morale.

Nullum reprehenderis uitij, cuius ipse queas rephendi.

De Sole, & Aquilone.

SOL, & uentus aquilo certāt, uter sit fortior. Conuentum experiri uires in uiatorem, ut palmā ferat, qui excufferit manticam. Boreas horrisono nymbo uiatorem aggreditur, ac ille nō desistit, amictum gradiendo duplicans. Assunt uices solis. Qui nymbo paulatim euictō, emolitur radios. Incipit uiator æstuarē, sudare, anhelare. Tandem progredi nequiens, captat frigus opacum, atq; sub frondoso nemore abiecta mantica, resedit. Ita soli contigit uictoria. Morale.

Qui cum certes etiam atq; etiam uide. Nam & si tu fortis es, est forsitan alius te fortior. Aut si non fortior, certe callidior, ut consilio suo, tuum uincat robur.

De Asino.

ASINUS uenit in syluam, offendit exuuias leonis. Quibus indutus redit in pascua, greges armenatq; territat, & fugat. Venit qui pdiderat, quaeritat suū asinū. A sinu uiso hero occurrit, imo cum rugitu

suo incurrit. At herus prehensis, q̄ extabāt auriculis, alios licet, inqt, fallas, ego te aselle mi probe noui. **Morale.**

Quod non es, ne te esse simules. Non doctū cū sis indoctus, non diuitem, non nobilem, cum sis pauper, & ignobilis, te iactes. Vero enim comperto rideberis.

De Rana, & Vulpe.

RAna egressa paludem, in syluis apud feras medicina profiteē. Ait se nec Hippocrati, nec Galeno cedere. Cæteris habentibus fidem, illudit uulpes. An hæc inquit medicinæ habebitur perita, cui sic pallet os? Quin curet seipsam? Sic illudit uulpes. Est enim ranæ os cæruleo colore. **Morale.**

Stultitiæ est, profiteri quod nescias, & ridiculum.

De Cane mordaci.

CAni subinde homines mordēti, ut sibi quisq̄ caueret, alligarat dominus nolam. Canis ratus uirtuti suæ tributū decus, suos populares despicit. Accedit ad hunc canum aliquis iam ætate, atq̄ auctoritate grauis monēs eum ne erret. Nam ista inquit nola data est tibi in dedecus, non in decus. **Morale.**

Gloriosus interdū sibi ducit laudi, q̄d ipsi est uituperio.

De Camelo.

Camelus sui pœnitēs q̄rebatur tauros insignes ire geminis cornibus, se inermem obiectum cæteris animalibus. Orat Iouē donari sibi cornua. Ridet Iuppiter stultitiā cameli, nec modo uotū negat, uerum & auriculas bestię decurtat. **Morale.**

D v

Sit quisq; fortuna contentus sua. Etenim multi fortunam secuti meliorem, incurrere peiorem.

De duobus amicis, & Urso.

Duo amici faciunt iter. Occurrit in itinere ursus unus arbore conscensa, pericula euitat. Alter, cū spes fugæ non esset, collidit se humi. Accedit belua, contractat iacentē, os explorat, & aures. Homine spiritum cōtinente, ac motū, ursus qui mortuis parcit, ratus cadauer esse, innocuus discedit. Percūctanti postea socio quidnā bestia dixisset iacenti in aurē, hoc monuisse ait, ne unq; cū illiusmodi amicis iter faceret. *Morale.*

Rara auis in terris nigroq; simillima cygno, fides est. Verum amicum res aduersæ, & pericula monstrant.

De Equite Caluo.

Eques caluus illigarat pileo comā ficticeā. Venit in campū acri spirante borea, ac dum male obseruat capillatū galerū, subito apparet caluities. Tolle cachinnum corona, necnō & ipse ridet. Quid noui est inquit, auolare capillos alienos? cū olim defluerint, qui fuerant mei. *Morale.*

Belle fecit eques, qui non est indignatus, sed cum rideribus risit. Socrates uero cum accepisset in foro alapam, hoc modo respondit. Molestum esse scire homines quando debeant prodire cum galea.

De duobus ollis.

Dvæ ollæ steterē in ripa, altera erat lutea, altera ærea, utrāq; tulit uis fluij. Luteę collisionē me

tuenti, respondet ærea, ne quid timeat. Sese enim ne collidantur, satis curaturã. Tum altera seu me inquit tecum seu te mecũ flumen colliserit, cũ meo utrũq; fiet periculo.

Quare certũ est a te separari. Morale.

Satius est uiuere cũ socio pari, q̃ cum potentiori. A potentiori enim potest esse periculum tibi, non illi a te.

De Rustico, & Fortuna.

Rusticus cũ araret, offendebat in sulcis thesaurum. Gratias agit telluri, q̃ hunc dedisset. Fortuna uidens nihil honoris haberi sibi, ita est secum locuta. Thesauro reperto stolidus mihi non est gratus, at eo ipso thesauro postea amisso, me primã oim, uotis & clamore sollicitabit. Morale.

Beneficio accepto, gratissimus bene de nobis merenti. Ingratitudo em̃ digna est, etiã beneficio, q̃d iã acceperit, pri-

De Tauro, & Capro. (uari.

Fugit Leonẽ taurus, uenit ad speluncã, quærẽs latibulũ. Intransi occurfat cornibus, qui intus erat caper, Tum ijs uerbis bos emugit. Tu equidem cornibus tuis meã excipis fugã. Verũ si abierit quẽ fugio quantũ a uiribus tauri distet caper, tũ senties. Morale.

Quis nescit miseris esse succurrendũ, aut certe non nocendum. Quisq; enim miserorum iniuria non temperauerit, si (ut est fortuna mutabilis) miseris redierit foelicitas nimirum nocuisse miseris, eum poenitebit.

De Simia, & eius prole.

Omneis animãtes suo conspectui Iuppiter adesse iussit.

serat, cuius nam soboles esset pulcherrima iudicaturus.
 Properant feræ, aduolant aues, nec non ad id certamen
 adnatant pisces. Omnium postrema festinat simia, trahēs
 secum suam prolem. Cuius quidē prolis foedas nates cum
 cētis ridentibus, sic infit, Maneat cui faueat Iuppiter uicto-
 ria, Meo tamen iudicio, hic meus natus est bellus, & oim-
 natis iure præferendus. Hoc dicto, subrisit & Iuppiter.

Morale.

Et nos, & nostra nobis placēt. Sed de nobis, & de no-
 stris factis, aliorum sit iudicium, ne si ipsi iudicemus, cum
 simia rideamur.

De Pauone, & Grue.

PAuo, & grus una cœnāt. Pauo se iactat, caudam
 ostentat, gruem contēnit. Grus fateē pauonē for-
 mosis pēnis, se tñ, dum uix tectis supuolat pauo,
 animoso uolatu penetrare nubes. Morale.

Nemo alterum cōtempserit. Sua cuiq; dos, sua cuiq; est
 uirtus. Qui tua uirtute caret, forsan habet qua careas tu.

De Quercu, & Arundine.

VAlidiore Notho effracta quercus, in flumē præ-
 cipitat, Dumq; fluitat, hæret forte ramis suis in
 arundine, miratur arundinem in tanto turbine
 stare incolumem. Hæc respondet cedendo, & declinan-
 do se esse tutam, inclinare ad Nothum, ad Boream, ad o-
 mnem flatum. Nec mirum esse q; quercus exciderit, quæ
 non cedere, sed resistere concupiuit. Morale.

Potentiori ne resistas, sed hunc cedendo, & ferēdo uin-

cas. Quod pulchre docet facundissimus poetarum Ver-
gilius. Nate dea quo fata trahunt retrahuntq; sequamur.
Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

De Tigride, & Vulpe.

Venator iaculis agitabat feras. Tigris iubet ois
feras absistere, sese unā ait bellū cōfecturā. Per-
git uenator iaculari, tigris oppido saucia. Fu-
gientē e plio, telūq; extrahentē percūctā uulpes, quisnā
ualentē beluā tam ualde uulnerasset. Respondet se autho-
rē uulneris haud nosse, uerū ex uulneris magnitudine ca-
pere se coniecturā, aliquē fuisse uirū. Morale.

Fortes plerunq; sunt temerarij, & ars uim, ingenium
fortitudinem superat.

De tauris, & Leone.

Quatuor fuere tauri, quibus placuit cōmunem
ipforum esse salutem, & commune periculum.
Videt leo simul pascentes, & si esurit, tamē con-
iunctos aggredi metuit. Primum dat operā
uerbis fallacibus segregare, tum segregatos laniat. Mo-
Cōcordia nihil est firmi⁹, discordia etiā fortes reddit im-

De Abiete, & Dumo. (becilles.)

Fertur olim abies despiciere dumos, iactitat se pro-
ceram esse, locari in ædibus, cū uelo stare in nau-
bus, dumos aut humiles, uiles, nulli usui idoneos.
Quorum quidem tale fuit responsum. Tu sane abies tuis
gloriare bonis, ut nostris insultas malis. Verum nec tua
refers mala, & nostra præteris bona. Cum tu sonanti de-

truncare securi, quam uelles tum nobis, qui securi sumus
esse te similem. Morale.

Et summæ fortunæ suâ insunt mala, & humili fortunæ
sua bona. Ut nil aliud nunc dicam, hæc secuta est, ac tuta,
illa nec extra metum est, nec caret periculo. Horatius ca-
nit in lyricis. Celsæ grauiore casu Decidunt turres, feriunt
que summos Fulgura montes.

De Piscatore, & Pisciculo.

Subductus hamo pisciculus, orat piscatorem se di-
mitti. Ait modo se a matre fufum, atq; mēsam, cum
adhuc minutus sit, non multum iuuare. Si dimittat
postea grandem ultro ad hamum eius rediturum. Pesca-
tor negat se dimittere prædam certâ licet exiguam. Quid
habeam inquit scio, quid sim habiturus nescio, Ego spem
pretio non emo. Morale.

Certum præstat incerto, præsens futuro, & si nōnunq̃
exile commodum omiffum, attulit magnum.

De Alite, & pullis eius.

Ales positos in segete pullos monet, ut dū ipsa
abest, diligenter attendant si fiat sermo de occa-
sione. Redeunti e pastu matri pulli anxij, narrāt
dñm agri operā illā mandasse uicinis. Respōdet nihil esse
periculi. Itē alio die trepidi aiūt rogatos ad metendū esse
amicos. Iterum iubet illa ut sint securi. Tertio ut audiuit
ipm dñm cū filio statuisse postero mane cū falce messem
intrare, iam inquit tempus est ut fugiamus, Vicinos &
amicos non timui, quia non uenturos sciui. Timeo do-

minum, illi enim res est cordi. *Morale.*

Secordes alienis in rebus plerique sumus. Quod si quid recte curatum uelis, alteri ne mandes, sed cures ipse.

De Auaro, & Inuido.

Duo hoies orabant Iouē, cupidus & inuidus. Mit-
tit a Ioue Apollo, per hunc ut eorum uotis satisfiat.
Dat hic utrique optandi liberam facultatem hac con-
ditione, ut quodcumque petisset alter, id ipsum alter acciperet
duplicatum. Heret diu cupidus, cum nihil putat fore satis. Pe-
tit tandem non pauca. Et duplum accipit socius. Porro inui-
dus hoc petit, ut ipse uno priuetur oculorum, laetus socium
mulctandum esse utroque. *Morale.*

Auaritiam quod possit fatiare. Inuidia pro demeritis est nihil
Quae dummodo noceat alteri, sibi meti imprecatur malum.

De Leone, & Capella.

Vidit leo pendere dumosa de rupe capellam. Sua-
det descendere, ut in campo thymum, salicesque
carpat. Recusat capella descendere, uerba qui-
dem eius haud sane mala, sed mentem esse plenam doli re-
clamans. *Morale.*

Cogita quod quod suadeat. Multi suadent utilia, non tibi, sed sibi.

De Cornice, & Urna.

Sitibunda cornix repperit urnam aquae. Sed erat ur-
na profundior, quam ut posset a cornice aqua contin-
gi, Conatur effundere urnam, nec ualet. Tum lectos
ex arena scrupulos iniecta, Hoc modo aqua leuatur, &
cornix bibit. *Morale.*

Interdū id, q̄d nō potes efficere ui, efficies prudentia, &
De Leone, & Venatore. (cōsilio)

Litigat leo cū uenatore, suā p̄fert fortitudinē hoīs
fortitudini, post lōga iurgia, uenator ducit leonē
ad mausoleum, in q̄ sculptus erat leo caput depo
nens in gremiū uiri. Negat fera id satis esse iudicij, hoies
em̄ sculpere q̄d uellēt ait, q̄ si & leones forēt artifices, iam
uirū sculptū iri sub pedibus leonis. *Morale.*

Quisq̄, quoad potest, & dicit, & facit, quod suæ parti,
& causæ putet prodesse.

De Puerō, & Fure.

Sedebat puer flens ad puteū. Fur rogat causam flen
di. Puer dicit rupto fune incidisse in aquis urnā au
ri. Homo exiit se, insilit in puteū, quærit. Vase non
inuento, cōscendit, atq̄ ibi nec puerū, nec suā inuenit tu
nicam. Puer quippe sublata tunica fugerat. *Morale.*

Falluntur interdum, qui fallere solent.

De Rustico, & Iuueno.

ERat rustico iuueno uinculi oīs, iugiq̄ impatiēs.
Homo astutus, bestiaē refecat cornua. Cornib⁹
em̄ petebat. Tū iungit nō curruī sed aratro, ne, ut
solet, herū pulsaret calcibus. Stiuā ipse tenet, gaudēs indu
stria effecisse, ut iam foret tutus & a cornibus, & ab ungu
lis. Sed quid euenit? Taurus subinde resistēs, spargendo
pedibus, os, caputq̄ rustici opplet harena. *Morale.*

Sunt nonnulli sic intractabiles, ut nulla queant arte,
nullo consilio tractari.

De Satyro, & Viatore.

Satyrus, qui deus nemorū olim est habitus, uiatorē
 niue obrutū, atq; algore enectū miseratus, ducit in
 antrū suū fouet igni, Spirantē aut in manus, percun-
 ctatur causam. Qui respondēs, ut calefiant inquit. Postea
 cum accumberent sufflat uiator in polenta. Quod cur fa-
 ceret interrogatus, ut frigescat inquit. Tum continuo sa-
 tyrus uiatorem eiciens, nolo inquit in meo sit antro cui
 tam diuersum est os.

Morale.

Caue sit in tuo conuictu homo duplici ore, quiq; in ser-
 mone est Proteus.

De Apro, & Rustico:

Apro uastanti segetes, rusticus præcidit auriculā
 iterū deprehēso, præcidit alterā. Et tunc quoq;
 redeuntē capit, captum portat in urbem desti-
 natum lauiticiæ sui patroni. Secta iam in conuiuio belua,
 nusq; apparet cor. Excandescente hero, & flagitante co-
 cos, uillicus respondet. Patrone, inquit, non est mirū non
 apparere cor, nam credo stultum aprum nunq; cor habu-
 isse. Nam si cor habuisset, nunq; in pœnam suam ad meas
 segetes toties redisset. Sic rusticus. At oēs conuiuæ emo-
 ti risu, cachinnari de stultitia rustici.

Morale.

Multorum hominum tam est excors uita, ut an cor ha-
 beant possis ambigere.

De Tauro, & Mure.

Mus tauri pedem momorderat, fugiēs in antrū
 suum, Taurus uibrat cornua, quærit hostem,

E

nusq̄ uidet, irridet eum mus. Quia inquit robustus es & uastus, non iccirco quemuis contēpseris. Nunc te (& quidem gratis) læsit exiguus mus. *Morale.*

Tritum est illud uerbum, quod significantius nostrate lingua dixerim, Nyeman sol uerachten seinen feindt, Latine sic, Nemo suum hostem floccipendat.

De Rustico, & Hercule.

Rustici currus hæret in profundo luto. Non suspinus deum Herculem implorat. Intonat uox e cœlo, Inepte inquit, flagella equos, & ipse annittere rotis, atq̄ tum Herculem uocato, tum enim adierit Hercules uocatus. *Morale.*

Nil profunt otiosa uota, quæ sane deus non audit. Iuua temet (inquiunt) ipse, tum iuuabit te deus.

De Anser.

Fuit anser, qui ponebat oua aurea, singulis diebus singula, dominus ut subito fiat diues, anserem iugulat, sperans intus latere gazam. Sed ansere inuēto uacuo, stupet miser, anxieq̄ dehinc suspirat, ac plangit, & rem & spem perisse. *Morale.*

Moderanda sunt uota. Curandum est ne uel præproperi simus, uel nimij. Nam & festinantia nocet, & qui plura q̄ decet quærit, interdum acquirit nihil.

De Cicada, & formica.

Cum præstatē cicada cantat, formica suā exercet messem, trahit in antrū grana, reponens in hyemē. Sæuiente bruma, famelica cicada uenit ad

formicam, mendicat uictum. Renuit formica dicitans
sefe dum illa cantabat laborasse. **Morale.**

Qui segnis est in iuuenta, egebit in senectia, & qui nō
parcit, olim mendicabit.

De Simia, & duobus eius natis:

Simia (ut ferunt) cum peperit gemellos, alterū diligit
alterū negligit. Erat puerpera cū gemellis. Atq; cū
incidisset terror, uitatura periculum, dilectum præ
hendit ulnis, quē dum præceps fugitat, collidit petrae atq;
enecat, neglectus autem, qui in hirsuto hæserat tergo sua
gientis, mansit incolumis. **Morale.**

Solet euenire, ut ipsi parentes filio, quē tenere amant, p̄
nimia indulgentia sint mali occasio & periculi, eo, quem
minus amarunt præstante se strenuum ac probum.

De Boue, & Iuueno.

Bos iam grādis æuo quotidie trahebat aratrū, lu
uēcus laboris expers, uicinis exultat in pascuis,
ac tandē insultat fortunæ senioris, lactat se iugi,
ac uinculi inscium, se liberum, se otiosum, illi attritum esse
labore collum. Deniq; se glabrum ac nitidum, illum esse
hirtum ac squalidum. Senior tum quidē nihil contra. Sed
breui post tempore uidet hunc insultorem duci ad aras,
ac tum hisce uerbis affatur. Quo tua mollis uita puenit?
Securum istud otium redijt ad securim. Iam saltē (ut opi
nor) potius suades mihi laborem, qui me tuetur, q̄ otium
quod nunc te traxit ad necem. **Morale.**

A uitam recte gerendā opus est labore & uigilantia.

E ij

Secors autem & uoluptati deditus, suarum rerum quem
nolet fortietur exitum.

De Cane, & Leone.

Occurrit canis leoni, iocat, quid tu miser exhaustus inedia percurris sylvas & deuia? Me specta pingue ac nitidum, atque hæc non labore consequor, sed otio. Tum leo. Habes tu quidem tuas epulas, sed habes stolide etiam uincula. Tu seruus esto, quod seruire potes, equidem sum liber, nec seruire uolo. Morale.

Pulchre respondit leo, quibuslibet enim rebus, potior est liber

De Piscibus.

(tas)

Piscis fluuiialis uis fluminis correptus est in mare. Vbi suam efferens nobilitatem, omne marinum genus uilipendebat. Non tulit hoc phoca, sed ait tunc fore iudicium nobilitatis si cum phoca captus portetur ad forum. Se emptum iri a nobilibus, illum autem a plebe. Morale.

Multi sic capti sunt libidine gloriae, ut sese ipsi prædicent & iacent. Sed laus sui oris non datur homini laudi, at excipitur cum auditorum risu.

De Pardo, & Vulpecula.

Pardus cui picium est tergum, ceteris feris etiam leonibus despectis, intumescebat. Accedit ad hunc uulpecula, suadet non superbire, dicens illi quidem speciosam esse pellem, sibi uero speciosam esse mentem. Morale.

Discrimen est bonorum & ordo. Bona corporis præ-

stant bonis fortunæ. Vtrisque illis animi bona præferantur oportet.

A P O L O G I E X C H I L I A D I B V S

Adagiorum Erasmi desumpti ad communem puerorum fructum:

De Vulpecula, & Pardale.

CUm aliquñ Pardalis uulpē præ se contēneret, quod ipsa pellē haberet om̄igenis colorū maculis uariēgatam, respondit uulpes sibi id decoris in animo esse, quod illi esset in cute. *Morale.*

Nec̄ uero paulo satius est ingenio præditum esse uastro, quā cute uersicolore.

De Vulpe, & Fele.

CUm aliquando uulpes in colloquio, quod illi erat cum fele, iactaret sibi uarias esse technas, adeo ut uel peram haberet dolis refertā. feles autem responderet sibi unicā duntaxat artē esse, cui fideret si quid esset discriminis. Inter confabulandum repente canum accurrētium tumultus auditur. Ibi feles in arborem altissimam subsiliit, cum uulpes interim a canum agmine cincta, capitur. *Morale.*

Innuīt fabula præstabilius esse nonnunquā unicū consilium modo id sit uerum & efficax, quā plures dolos, consiliaque frivola.

De Rege, & Simijs.

Rex quidam Aegyptius aliquot simias instituit, ut saltandi rationē perdiscerent, ut eñ nullū ani

mal ad figurā hominis propi^o accedit, ita nec aliud acius
 humanos, aut melius, aut libentius imitatur. Artem itaq;
 saltandi protinus edoctæ, saltare cœperunt, insignibus in-
 dutæ purpuris, ac personatæ. Multoq; iam tempore ma-
 iorem in modum placebat spectaculum, donec e specta-
 toribus facetus quispiam, nuces, quas clanculum in sinu
 gestabat, in mediū abiecit, ibi statim simiæ, simul atq; nu-
 ces uidissent, oblītæ choreæ, id esse cœperūt, quod antea
 fuerant, ac repente e saltatricibus in simias redierūt. Con-
 tritisq; personis, dilaceratis uestibus, pro nucibus inter
 se depugnabant, non sine maximo spectatorum risu.

Morale.

Admonet hæc fabula, fortunæ ornamenta non mutat
 re hominis ingenium.

De Asino, & Viatoribus.

DVO quidā, cum in desertis locis asinū quempi-
 am forte fortuna nacti essent cōtendere inter se
 cœperunt, uter eorū, uti suū, domū abduceret.
 Nam utriq; pariter a fortuna uidebat̄ obiectus. Hac inte-
 rim de re illis inuicē altercantibus, asinus sese subduxit, ac
 neuter eo potitus est.

Morale.

Quidam a præsentibus commodis, quibus ob insciti-
 am uti nesciunt, excidunt.

De Piscatoribus.

PISCATORES aliquot, iactio reti, testudines eduxerūt
 eas cum essent inter sese partiti, neq; sufficerent
 omnibus comedendis, Mercuriū forte accedens

tem inuitarunt ad conuiuium. At is intelligens se neutiq̃
humanitatis gratia uocari, sed ut eos fastidito cibo subles
uaret, recusauit, iussitq̃ ut ipsi suas testudines ederent,
quas cœpissent. *Morale.*

Nonnulli postea, q̃ inconsulte quippiã adorti sunt, alijs
orum implorant auxilium, quos suo negotio admisceant

De Asino.

A Pud Cumanos asinus quispiam pertesus seruis
tutem, abrupto loro in syluã aufugerat, illic for
te repertũ leonis exuium corpori applicabat
suo, atq̃ ita pro leone sese gerebat, homines pariter ac fe
ras uoce, caudaq̃ territans. Nam Cumanileonem igno
rant, Ad hunc igitur modum regnabat, aliquandiu perso
natus hic asinus, pro leone immani habitus ac formidat⁹
donec hospes quispiã Cumas profectus, qui sæpenume
ro uiderat & leonẽ, & asinũ, atq̃ ob id nō erat difficile di
gnosceretur aurium prominentiũ inditio, neq̃ non alijs qui
busdã coniecturis asinũ esse deprehendit, ac probe susti
gatũ reduxit, dominoq̃ agnoscenti reddidit. Interim aut̃
risum non mediocrem concitabat omnibus Cumanis asi
nus iam agnitus, quos dudum creditus leo, metu prope
modum exanimauerat. *Morale.*

Haud facile tegimus uitia, quæ a puero nobiscũ adoles

De Scarabeo & Aquila. *(uerunt.)*

S Carabeus aliquãdo, spretus ab aquila cœpit de uin
dicta quoquo pacto sumenda cogitare. Peruestiga
uit ubi nam aquila nidũ collocasset, adrepsit scaras

beus, & oua simili dolo deiecit. Aquila cum saepius domicili-
 cilium cōmutasset, neq; quicq; proficeret. Iouē patronū
 adiit, exponit calamitatē suā, is iubet ut suo in gremio po-
 nat oua, uel istic in tuto futura. Et huc per uestis lacinias,
 sinusq; prorepit pertinax scarabeus, haud qua; sentiens
 te Ioue. Deinde ubi uidet oua cōmoueri Iuppiter, neq; sa-
 tis animaduertit, unde territus rei nouitate, excusso gre-
 mio in terram deiecit. Morale.

Monet hęc fabula neminē quantūuis pusillū cōtemnen-
 De Simijs, & Pardale. (dum esse.

IN Maurusia simiarum ingens copia. Pardalis autē
 animal est natura simijs infestissimum, quas tamen
 uiribus assequi non potest. nimirum illis in summas
 arbores subuolantibus. His itaq; dolis in eas utitur. Ster-
 nit se supinam sub ramis, ac porrectis cruribus emori sin-
 git se se. Gaudent eo spectaculo simiæ confidentes in ar-
 bore, deinde ubi iam mortuā arbitrant, unā aliquā emit-
 tūt exploraturā, num uere mortuus sit hostis, illa cautim
 ac pedetentim accedens, ubi nullum uitæ uidet argumen-
 tum. Pardale nimirum modis omnibus cadauer imitante
 demum audet etiam conscēdere. Quod simul ac reliquæ
 simiæ conspexerint, iam deposito omni metu descendūt,
 & Pardalim omnia ferentē circumfultant. Postremo con-
 culcant insultātes, ludibrii causa, donec sentiens illas iam
 saltando defatigatas, de repente reuiuiscens, aliam denti-
 bus, aliam unguibus corripit, dilaniatq;, ac deuorat.

Morale.

Hostem simulantem vires deficere, summopere fugiendum esse.

De Satyro, & Rustico Aniani fabula Erasmo quoque interprete.

Satyrus quidam cum uehementer algeret, hyberno gelu supra modum saeuente, a rustico quodam inductus est in hospitium. Admiratus autem cur homo inflaret in manus ori admotas, rogauit cur ita faceret is respondit, ut frigidus halitus tepore calfaceret. Deinde ubi extracto foco, apposita mensa in pultem feruidam rursum inflaret, magis etiam admiratus sciscitatus est, quid hoc sibi uellet, uti pultem inquit ille, nimium feruentem, halitu refrigerem. Tum Satyrus surgens a mensa, quid ego audio inquit. Tum eodem ex ore pariter & calidum & frigidum efflas? Valebis, neque enim mihi ratio est cum eiusmodi homine commune habere hospitium.

Morale.

Notantur bilingues, qui eundem modo laudant, modo uituperant.

Is qui emendandis istis fabulis praefectus fuit, sequentes apologos ex uariis & his optimis authoribus collegit, ut a pueris quoque legerentur, quibus nunquam est bene instructa, atque copiosa bibliotheca.

Ex secundo noctium atticarum Gellii, Apologus, Aesopi phrygis memoratu non inutilis.

F



Esopus ille e Phrygia fabulator, haud imme-
 rito sapiens existimatus est, cū quæ utilia mo-
 nitu, suauit̃ erant, non seuerē, non imperio-
 se præcepit, & cēsuit, ut philosophis mos, sed
 festiuos, delectabiles apologos cōmentus, res salubriter,
 ac prospicienter animaduertas, in mentes, animosq; ho-
 minum, cum audiēdi quadam illecebra induit, uelut hæc
 eius fabula de auiculæ nidulo, lepide, atq; iucunde præ-
 monet, spem, fiduciamq; rerum, quas efficere quis possit,
 haud unquam in alio, sed in semetipso habendā. Auicula
 (inquit) est parua, nomē est cassita, habitat, nidulaturq; in
 segetib⁹, id ferme temporis, ut appetat messis, pullis iam
 iam plumantibus. Ea cassita in sementes quoq; forte con-
 cesserat tempestiuiores, propterea frumentis flauescenti-
 bus, pulli etiā tunc inuolucres erant. Cum igitur ipsa iret
 cibum pullis quæsitum, monet eos, ut si quid ibi nouę rei
 fieret dicereturue, animaduertent, idq; uti sibi ubi redif-
 set, renuntiarent. Dominus postea segetum illarum, filiū
 adolescentem uocat, & uides ne (inquit) hæc ematuruisse
 & manus iam postulare? Iccirco die crastino, ubi primū
 diluculabit, fac amicos adeas, & roges ueniant, operamq;
 mutuam dent, & messem hanc nobis adiuuent. Hæc ubi
 ille dixit, discessit, atq; ubi redit cassita, pulli trepiduli cir-
 cūstrepere, orareq; matrē, ut statim iam properet, atq; alio
 um in locum se se asportet, nam dominus (inquiunt) misit
 qui amicos rogaret, uti luce oriente ueniant, & metant.
 Mater iubet eos a metu otiosos esse. Si enim dominus, in

quit, messem ad amicos reijcit, crastino seges non metetur, neque necesse est hodie uti uos auferam, Die igitur postero, mater in pabulum uolat, dominus quos rogauerat operitur, Sol feruit & fit nihil, & amici nulli erant. Tum ille rursus ad filium, amici isti (inquit) magnam in partem cessatores sunt, quoniam potius imus, & cognatos, affines, uicinosque nostros oramus, ut adsint cras tempori ad metendum, Ita dem hoc pulli pauefacti matri nuntiant, Mater hortatur, ut tum quoque sine metu, ac sine cura sint, cognatos, affinesque nullos ferme tam esse obsequibiles ait, ut ad laborem capescendum nihil euocentur, & statim dicto obediant. Vos modo (inquit) aduertite, si modo quid denuo dicetur. Alia luce orta, auis in pastum prouecta est, cognati, & affines operam, quam dare rogati sunt, supersedent. Ad postremum igitur dominus filio, ualeant inquit, amici cum propinquis. Afferes prima luce falces duas, unam egomet mihi, & tu tibi capies alteram, & frumentum nosmet ipsi manibus nostris cras metemus. Id ubi ex pullis dixisse dominum mater audiuit, tempus (inquit) est cedendi, & abeundi, fiet nunc dubio procul, quod futurum dixit. In ipso enim iam uertitur cuius est res, non in alio, unde petitur. Atque ita cassita nidum migravit, & seges a domino demessa est. Haec quidem est Aesopi fabula, de amicorum, & propinquorum leni, & inani fiducia. Sed quid aliud sanctiores libri philosophorum monent, quam ut in nobis tantum ipsis nitamur. Alia autem omnia, quae extra nos, extraque nostrum animum sunt, neque pro nostris, neque pro nobis ducamus.

hunc Aesopi apologū Q. Ennius in Satyris, scite admodum & uenuste uersibus quadratis cōposuit, quorū duo postremi isti sunt, quos habere cordi, & memorię operæ pretiū esse Hercle puto. Hoc erit tibi argumētū semp in prōptu sitū. Ne quid expectes amicos, quod tu agere possis.

Fabella ex Lamia Politiani desumpta.

Aves olim prope uniuersę, noctuā adierūt, rogauerūtq; eam, ne post hac in aediū cauis nidificaret, sed in arborum potius ramis, atq; inter frondes ibi enim uernari suauius. Quin eidē quercū modo enatā pusillam, tenellāq; adhuc ostendebant, in qua scilicet moliter (ut aiebant, & sidere ipsa aliquando noctua, & suum sibi construere nidum posset. At illa facturam se negauit. Quin inuicem consiliū dedit ijs, ne arbusculæ illi se crederent, laturam enim quandoq; esse uiscum, pestem uide licet auium. Contempserē illæ (ut sunt leue genus, & uolaticum) sapientis unius noctuæ consiliū. Iam quercus adoleuerat, iam patula, iam frondosa erat. Ecce ibi aues illæ omnes gregatim ramis inuolitant, lasciuunt, subsultāt colludunt, cantillant. Interea quercus ea uiscum protulerat, atq; id homines animaduenterant, implicitæ ergo repente ibi omnes pariter misellæ, ac frustra eas sera poenitentia subiit, quod salubre illud consiliū spreuissent. Atq; hoc esse aiunt, cur nunc aues oēs, ubi ubi noctuā uiderint frequentes eam quasi salutant, deducunt, sectātur, circūsi dunt, circūuolitant. Etenim consiliū illius memores, admirantur eam nunc ut sapientem, stipantq; densa caterua, ut

uidelicet ab ea sapere aliquñ discāt. Sed opinor frustra, imo uero etiā interdū cū magno ipsarū malo. Nam ueteres illæ noctuæ reuera sapientes erāt, nūc multæ noctuæ sunt, quæ noctuarū quidē plumas habent, & oculos, & rostrū. Sapientiā uero non habent. *Morale.*

Bene monentis consilia ne spernas, hæc fabula docet.

Apologus ex secundo libro Petri Criniti,
de honesta disciplina desumptus.

Sata est olim cucurbita iuxta arborem pinum, quæ grandis admodū & ramis patulis extabat, cucurbita uero cum multis pluuijs, atq; cœli temperamento creuisset, lasciuire incipit, & ramulos audacius porrigere. iam serpebat in pinū, iam surgere, iam ramos, & frondes inuoluere audebat, ampliora folia, candentis flores, prægrandia poma, & uirescentia ostentans. Itaq; tanto fastu, atq; insolētia intumuit, ut pinum arborem ausa sit aggredi, & uides (inquit) ut te supero, ut amplis folijs, ut uisore præsto, & iam iam ad cacumē profurgo. Tum pinus quæ senili prudentia, & robore pollebat, nihil mirata est cucurbitæ insolentis audaciam, sed ita ad eam respondit: Ego hic multas hyemes, calores, æstus, uariasq; calamitates peruici, & adhuc integra consisto. Tu ad primos rigores minus audaciæ habebis, cum & folia cōcident, & uisror omnis aberit. *Morale.*

Secundis rebus non esse superbiendum.

Fabella de Coruo, & Lupis. Ex Ioanne
Anto. Campano desumpta,



Oruus lupos p̄ ardua montiū iuga comitā
partē sibi pr̄dæ fieri postulat, qui eos secus
tū nullo tpe destituisset, sociusq; fuisset. Re
pulsus deinde a lupis, tanq̄ nō eos, sed pr̄dā
cibūq; secutus, nec minus luporū si occiderent, q̄ cetero
rum animalium exta fuisset uoraturus. *Morale.*

Non quid agamus semper inspiciendum est, sed quo
sumus animo cum agimus.

Altera de partu terræ ex eodem.

Turgida olim facta tellus, & mirum in modū tu
mida, magnū aliquod paritura uidebat. Accur
runt finitimi, stupēt agricolæ, terræ partū inter
spem, metūq; expectant, alij Typhoea illum Centimanū,
alij montes erupturam putabant. Aperitur terra, prodijt
mus, & quod miraculo fore omnibus arbitrabantur, in ri
sum, atq; iocum conuerterunt. *Morale.*

Non semper credendum promissis magnificis.

¶ Apologus de mēbris, & uentre, ex Plinio desumptus.

Humani artus cum uentrem otiosum uiderent,
ab eo discordarūt, & suum illi ministerium ne
gauerunt. Cum eo pacto, & ipsi quoq; defice
rent, intellexerunt uentrē cibos acceptos per omnia mem
bra diuidere, & cum eo in gratiam redierunt.

Morale.

Magnæ res discordia pereunt, concordia ualent.

De Arione, & Delphino fabula elegan
tissima ex Li. XVI, Gellij.



Etus & nobilis Arion cantator fidibus fuit. Is
 loco, & oppido methymnæus, terra, atq; in
 sula omni Lesbicus fuit. Eum Arionem rex Co
 rinthi Periander amicū, amatūq; habuit, artis
 gratia. Is inde a rege proficiscit terras inclitas Siciliā, atq;
 Italiā uisere. Vbi eo uenit, auresq; oīm, mentesq; in utrius
 usq; terræ urbibus demulsit. In q̄stibus istis, & uoluptatis
 bus, amoribusq; hoīm fuit. Is tum postea grandi pecunia
 & re bona mltā copiosus, Corinthū instituit redire. Nauē
 igit & nautas, ut notiores, amicioresq; sibi Corinthios
 delegit. Sed eo Corinthios hoīe accepto, nauisq; in altum
 prouecta, prædæ, pecuniæq; cupidus, cœpisse consiliū de
 necādo Arione. Tum illū ibi pernicie intellecta, pecuniā
 cæteraq; sua, ut haberent dedisse, uitā modo sibi ut parce
 rent, orauisse. Nautas precū eius harū cōmisertū esse illa
 tenus, ut ei necē adferre per uim suis manibus temperas
 rent. Sed imperauisse, ut iam statim coram desiliret præ
 ceptis in mare. Homo, inquit, ibi territus spe oīm uitæ per
 dita, id unum postea orauit, ut priusq; mortē oppeteret,
 induere permitterent sua sibi indumenta, & fides capere,
 & canere carmen casus illius sui consolabile. Feros & im
 manes nauitas prolubium tamen audiendū subit. Quod
 orauerat impetrat. Atq; ibi mox de more cinctus, amictus
 ornatus, stansq; in summæ puppis foro, carmen, quod
 orthium dicitur, uoce sublatissima cantauit. Ad postres
 ma cantus, cum fidibus, ornatusq; omni, sicut stabat, can
 ebatq;, eiecit sese procul in profundum. Nautæ haud

quāquam dubitantes quin perisset, cursum quem facere
 cœperant, tenuerunt. Sed nouum, & mirum, & pium fa-
 cinus contigit, Delphinum repente inter undas ad nauis
 se, & dorso sup fluctus edito uectauisse. Incolumiq; eum
 corpore, & ornatu, Tænarum in terram laconicam deue-
 xisse. Tum Arionem prorsus ex eo loco Corinthum pe-
 tiuisse, Talemq; Periandro regi, qualis Delphino uectus
 fuerat, se se obtulisse. Eiq; rem, sicuti acciderat, narrauisse
 Regem istæc parum credidisse, Arionem quasi falleret,
 custodire iussisse. Nauitas requisitos, ablegato Arione,
 dissimulâter interrogasse, ecquid audissent in ijs locis, un-
 de uenissent, super Arionem? Eos dixisse, hominem cum
 inde irent, in terra Italia fuisse, eumq; illic bene agitare, &
 studijs, delectationibusq; urbium florere, atq; in gratia pe-
 cuniæq; magna fortunatum esse. Tum inter hæc eorum
 uerba Arionem cum fidibus, & indumentis, cum quibus
 se in salum eiacularat, extitisse. Nautas stupefactos, con-
 uictosq; ire inficias non quisse.

Morale.

Documento est hæc fabula, plus aliquando inueniri
 in brutis animalibus clementiæ, quam in ijs hominibus,
 qui præter opes nihil habent pensi, præter figuram nihil
 humanitatis.

NICOLAI GERBELLII PHORCEN-
 SIS APOLOGVS LEPI-
 DISSIMVS.

De Aranea, & Podagra.



Aranea paululum a texendo opere quietior,
 animi relaxandi gratia cōmodum deambu-
 labat. Huic se obuīam præbuit Podagra, tam
 etsi passibus ambiguis admodum ægre illā
 assequeretur. Eius diei itinere utcunq; emenso, non lon-
 ge aberant ab oppidulo, cui regionis eius incolæ Tyche
 nomen indiderant. Vtriq; consilium fuit, conditionis suæ
 hospitē præuestigare. Aranea nō maximopere data ope-
 ra, in opulēti cuiusdam ciuis ædes diuertit. Inibi quaqua-
 uersum telas suas præpandebat, prætendebatq; retia, ade-
 rant illico, nescio qui trygodæmones, qui textrinam illi-
 us demoliebantur. Momentaneum itaq; erat ipsius quo
 etiamnum cunq; se uerteret ædificium. Nusq; etenim sco-
 pariorū oculatas scopas poterat effugere. Misera plane,
 quæ in tanta rerum omnium affluentia, sola egebat pro-
 turbabaturq;. Podagra uero mendicabuli instar uix tan-
 dem egestosi cuiuspiam tuguriolum impetrarat. In id lo-
 ci cum decubuisset, nihil non experiebatur miseriarum.
 Apponebatur cœnaturienti panis cibarius, aridis uix fau-
 cibus hianti hydropoterium. Iamq; diurno itinere lasse-
 scenti, torus ligneus, nullis frondibus, nullo gramine, sed
 prætenuibus paleis insternebat. Atqui dicere non est hu-
 ius instituti, quam conuenerint male membris mollibus
 cuticulæ (ut ita dixerim) holosericæ stragula tam dura, tã
 barbari uilli. Oriente igitur uix tandem illo augusto syde-
 re, quod exaudit, quod intuet omnia, conuenere rursus
 Aranea simul, & Podagra, Prior Aranea præteritę noctis

molestias, tot locorum cōmutationes denarrat. Nunc he-
 ro exprobrans mundiciem, nunc nimiam scopariorū ob-
 seruantiam. Podagra contra de hospitis sui egestate com-
 pluria cōminiscitur. Nec otium habet admonstrare Ara-
 neæ liuidas uibices, quas adamantina fulcra tenellæ cuti-
 culę impresserant. Consilium ineunt, Araneam deinceps
 pauperum tuguria, podagram uero diuitum aulas debe-
 re subingredi, in hanc Aranea pedibus, Podagra animis
 uadit sententiā. Veruntamen tenebris iam iam increscen-
 tibus, urbi cuiusdam se se approximant, Podagra instituti
 non immemor, pedetentim se in numosi cuiusdam domū
 illatebrauit. Qua cōmodum ab hero conspecta, Dīj boni
 qua beniuolētia, qua humanitate, quibus nominibus ex-
 cipitur. Supponuntur, substruunturq; olorinæ culcitræ,
 toralia perdicum subalaribus plumis referta. Taceo uinū
 dulce, uinum nigrum, Lesbium, Surrentinum. Taceo fi-
 cedulas, phasianas, atq; eas auiculas, quæ binis superbis
 unt cordibus. In summa, nihil deliciarum, nihil uoluptatū
 non exhauriebat. Aranea pauperis casam ingressa. Telas
 orditur quaquauorsum parietes interpatent, retia suspen-
 dit. Orbiculari operi manibus, pedibusq; incumbit. Refi-
 cit abrupta, perficit intercepta. Et ut dicā breuiter, uacua
 dominatur in aula. Nullas insidias, nullius formidat insul-
 tus. Immo uero etiam iam scopis superior omnibus. Non
 multo post podagra araneam conuenit, delicias suas, fœli-
 citatem, fortunas ampliter exornat. Aranea miris laudis
 bus extollit imperium suum, ædificandi, texendiq; libera

tatem, Placuit tandem hæc utrisq; sententia, Quorsum-
cunq; proficiscerentur, Podagrã in diuitum domos, Ara-
neam in pauperum tuguria debere diuertere,

Morale.

Apologus hic tametsi ad usus uarios accõmodari que-
at, id tamen in primis declarat alium alio loco fortunatio-
rem esse. Præterea morborum domicilium esse diuitum
aulas, Ad ultimum nusquam libertatem maiorem, quam
ubi diuitiarum minus.

Fabularum Aesopi finis

LAVRENTII AB

STEMII VIRI ELEGANTIS. ET AMOENI

ingenij Fabulæ elegantissimæ. Nuper per clas-
simum Poetam & Philosophum

Gargetium emaculatæ.

DOMICIVS PALLADIVS SOVRAN
nus Pollioni Vadio, Sacerdoti ue
nerando. S. P. D.



Am pridē tuo sermoni de Abstemiō frequen
ti literarū confessu Pollio uenerande non in
uitus interfui, Cum minime prētexas (ut ita
dicam) laudibus hominē celebrares, adeoq;
in arcem euasisti, ut nemo sane (mea sententia) eum cum
latius laudare potuerit. Mox inde secedēs diu hęc omnia
mecum animo uolutabam, unde tanta conflueret lauda
tionis abundātia, unde tanta nō uulgaris obseruatio ema
naret, unde deniq; amicitia adeo perfecta exoriretur, pro
culdubio nō aliūde mecū tandē collegi, q̄ ex p̄clarę eius
uirtutis noīe, p̄ficisci, cuius quidē uis magna & p̄potēs
est. Quāobrē nō possum p̄fecto nō suspicere ingeniū tu
um amabile, tuūq; animū uirtutibus fultū diligētibus nō
admirari, q̄ neq; ambitioē, neq; inuidia, neq; aliquo alio li
uore deuincit. Si quidē oēs, q̄s merēt Abstemiū noster
laudes nō transis silētio, imo ad alias ipsas cumulādas ob
eius incredibilē eloquentiā, singularēq; doctrinā ultro ac
cedis, idq; haud ab re, cū pater oīm elegantiarū, atq; idem
leporū oīm merito sit & habeatur. Et ut hęc clariora luce
nō officij gratia, aut temere dicantē quotidie, quēadmodū
aliqua eius laborū monimēta existere uidemus, quæ un
dicq; p̄fecta uerborū cōcinnitate, p̄spicacissimisq; sentētijs
scatent, nam modo dicā de hoc apologorū libello nuper
impresso, in quo p̄spicua, ac insignis eius ingenij amoeni
tas nō absq; laude maxima redundare uideat. Quare non
uereor, ut is remisso cuiuscūq; animo pessum eat, Abste
miocq; (absit inuidia uerbo) oīm quā iucūdisimo detrahat
Cui & te & me ob tantī nominis celebritatē nulla unquā
in re defuturos esse liquido constabit. Vale.

LAURENTIUS ABSTEMIUS OCTAVIANO
 Vbalduino Comiti Mercatelli, S. P. D.



Sciturus hunc apologorū libellum, quē
 de numero fabularum hecatomythium
 nuncupavi, multū diuq; dubitavi Octa-
 uiane princeps inclyte, tuo ne eum no-
 mini potissimum dedicarem. Nam cum
 tuam in me non sine plurimis beneficijs perspicerem be-
 niuolentiam, non aliquid mearum uigiliarum tibi deuo-
 uere, ingrattissimi hominis esse uidebat. Rursus cum tuo-
 rum in me officiorum numerum, diuinasq; uirtutes tuas
 mecum ipse reuoluerem, indignum tātis meritis, tantaq;
 sapientia munusculum hoc esse cernebam, Hanc tandem
 dubitationem meam amouit humanitas & prudentia tua
 qua non tam res tibi dono datas, quam offerentium uo-
 luntatē soles inspicere. Addidit quoq; mihi animū, Guis-
 dus Vbalduus clarissimus dux, & princeps meus omī lau-
 de maior, qui opusculum meum de nonnullis locis obs-
 curis superiori anno ei dedicatum uultu ita placido & se-
 rena frōte suscepit, ut sperare merito possem, hoc tibi qua-
 lecunq; fore nō ingratum. Non mediocriter etiam me in-
 citarunt Georgius Emus pro Venetis hic agens legatus
 non solum Patricia nobilitate, uerum etiam bonarum ar-
 tiū studijs clarus, & Carolus Verardus Cæsenas Archi-
 diaconos Cæsenæ, & Alexandri Pontificis Maximi Cu-
 bicularius. Vir omni literarum genere præstans, nec non
 Renatus Melioratus, & Robertus Ursus Ariminēses iu-
 risconsulti clarissimi, nec minus, Quæ humanitatis uo-
 cant studijs, eruditi. Hi enim, aliq; complures optimi
 harum rerum censors, cum hunc libellum legissent, mul-
 tis me uerbis sunt ad æditionē cohortati. Non putavi igit

tam humano principi hoc munus ingratum futurum, qđ
 tot eruditís uiris ante placuisse cognoueram. Accipe igit̃
 hoc quicquid est libelli ab Abstemió tuo, cuius mentem,
 animumq; si penitus posses inspicere, in hac tenui re ma-
 gnum munus tibi iudicares oblatum. Ne quis autem inu-
 tilem & inanē hunc meum scribendi laborē existimaret,
 p̃faciunculā quandā p̃ponendā censui, qua intelligeretur
 doctos etiā & claros uiros in magnis reb⁹ hmōi fabulis,
 nō uoluptatis tantū, uerū etiā utilitatis gratia delectatos.
 Sedulo dedimus operā, ut seria potius q̃ iocos saperent,
 unde ridiculas multas, quæ inter cōponendū sese mihi of-
 ferebant, consulto præterij, quia nimis lasciuia, & tanti
 principis grauamine mihi uidebant̃ indignæ. Non tñ ita
 agrestis esse uolui, quin eas aliqua urbanitate aspergerē,
 maxie ad principē scribēs, cū principes curarū mole p̃ssi,
 soleāt interdū recreādi animi grā iocos appetere. Vale.

¶ Eiusdem Abstemiij Proemium.



Cogitanti mihi uaria scriptorum genera, Qui
 ut humanae uitæ prodesse, cogitationes su-
 as literarum mandauere memoriæ, qui Apo-
 logos scripsere, non prostromo loco digni es-
 se uidentur. Non enim modo mortaliū animos incredibi-
 li quadā afficiunt uoluptate, uerum etiā ad res honestas,
 utilesq; peragendas, suis fabellis magis q̃ philosophi suis
 p̃ceptis alliciunt. Nam ita in legentiū animos quadā in-
 cunditate penetrant, & quibusdā similitudinibus, que ma-
 xime ad cōmouendos animos ualent, quid uitandū, faci-
 endumq; sit ostendūt, ut omēs etiā inuiti, illis assentire co-
 gantur. Sensus em̃ audiēdi fastidiosissimus res etiā utiles
 honestasq; haud facile admittit, ni fuerint aliqua urbanis-
 tate conditæ. Testis quidam orator Atheniensis, qui ad

Athenienses uerba faciens, cum eos minus attentos uideret, rogauit, ut saltem fabulam audire dignarentur, Quo impetrato. Ceres inquit & Hirundo & anguilla simul iter facientes, ad quendam fluuium peruenerunt, Hirundo quidem superuolauit, Anguilla autem amnem tranauit. Quod quomodo dixisset obticuit, interrogantibus autem illis, quid Ceres egisset? Vobis inquit dea uestra succensuit, quod eos, qui uobis utilia suadent, audire nolentes, tam attentis auribus confabulantes auditis. Quantam uim apologi habeant ad animos commouendos, cum multis possem, tribus ero contentus exemplis ostendere, Samijs rectorem populi morti addicere uolentibus, Aesopus hac fabella dissuasit dicens. Vulpem quendam fluuium transeuntem, in lacunam fuisse propulsam, Unde cum exire non posset, tenaci lino retenta, muscarum affligeretur aculeis. Quod Herinaceus conspiciens, misericordia motus est, interrogauitque an uellet, ut ab ea muscas abigeret. At illa abnuuit dicens, haec meo sanguine iam plena, paruum mihi possunt inferre molestiam, si autem has abigeris, alia familia superueniet, quae quicquid mihi superest sanguinis exhaurient. Ita o uiri Samij uobis eueniet, si enim hunc rectorem uestrum iam locupletem occideritis, alios eligatis necesse est, qui dum se opibus uolent implere, quicquid hic uobis reliquit, eripient. His uerbis moti Samij, ab incepto destiterunt. Hac ratione adductus Tiberius Caesar, diurnos magistratus dabat, unde (ut refert Iosephus) sub eo, per uiginti annorum spatia, per duos tantum praesides, Gratum scilicet, & Pilatum est gubernata Iudaea. Non parcat populis regnum breue, ut inquit Staius; Himerenses Phalaridem Agrigentinorum tyrannum ducem exercitus sui eligere uolentes Stesichorus poeta hoc apologo deterruit. Equus dicens solus pascebat in prato, Adueniente autem Ceruo, et pascuam cor

rumpente, consuluit hominem, qua posset illum arte punire. Cui homo, si foenum inquit acceperis, & me armatum dorsum tuum ascendere permiseris. Cum huic consilio esset obsecutus. Ceruum quidem hominis auxilio uictor abegit, Sed non amplius hominem dorso, non frenum depulit ore. Ita inquit Stesichorus uiri Himerenses uobis eueniet, si Phalaridem ducem efficietis. Hostes quidem uestros punietis, sed huic tyranno perpetuo seruietis. Quibus uerbis territi Himerenses, huiusmodi ducis eligendi consilium deposuere. Cum Po. Ro. ab senatu secessisset, quod tributum & militiam toleraret, nec ullo pacto reduci posset, non ne Agrippa Menenius eum hoc apologo reuocauit. Olim inquit Quirites, humani artus uentrem otiosum & desidem intuentes, ab eo discordarunt, nec amplius illi cibum ministrare decreuerunt, Sed cum ipsi quoque alimenta illi denegando, quae per omnia membra deferuntur, deficerent, cum eo in gratiam redierunt, Eodem inquit modo, Senatus & populus, quasi uenter & membra, alterum alterius auxilio indigent, & ut discordia intereunt, ita concordia ualeat. Qua fabula populus reuocatus, cum Senatu in gratiam rediit. Non immerito igitur, non solum Graeci & Latini Poetae, ut Hesiodus & Horatius, huiusmodi fabulas suis operibus inseruerunt, uerum etiam maximi & celeberrimi Philosophi, ut Plato, Aristoteles, Plutarchus, & multi alij eas plurimum commendauerunt, & ad institutionem moralis & ciuilis uitae non minimum facere arbitrati sunt. Quo circa Omnibonus Leonicensis, & Laurentius Valla uiri aetatis nostrae doctissimi, paucos Aesopii apologos e graeco in latinum uertere, sibi laudis, caeteris uero uoluptati & utilitati fore non dubitarunt. Et iure quidem. Leguntur enim, & in doctissimorum uirorum manibus quotidie uersantur. Non uideo igitur cur has con-

ABSTEMII FABVLAE XXXVII

ponendo fabulas laude fraudari debeam, quam cæteri latini ex translatione consecuti sunt, nisi adeo inuidi simus, ut latinis licere non putemus, quod græcis est cum summa omnium laude concessum.

De Mure in cista nato, fabula prima.



Us in cista natus, omnē fere ibi duxerat ætatē nucibus pastus, quæ in ea seruari solebant, dum aut circa oras cistæ ludēs decidisset, quæreretq; ascensum, reperit epulas lautissime paratas, quas cum gustare cœpisset, Quam stultus inquit hæcenus fui, qui in toto terrarum orbe nihil melius cistula mea esse credebā, Ecce quam suauioribus hic uescor cibus. Hæc fabula indicat, non ita patriā diligendam, si ignobilis sit, ut alia nō adeamus loca, cum alibi beatiores esse possimus.

De Rustico impetrante, ut triticum absq; aristis nasceretur, Fabula secunda.

Impetrauerat a Cerere Rusticus quidam, ut triticū absq; aristis nasceret, ne metentium trituranū que manus læderet, quod ubi inaruit, a minutis auibus depastum est. Tum Rusticus, quam digna inquit patior, qui paruæ cōmoditatis causa, emolumenta quam maxima perdidit. Fabula indicat parua incōmoda maiori utilitate pensanda.

De accipitre Columbam insequente, Fabula tertia.

G

A B S T E M I I



Vm accipiter columbā præcipiti insequeret uolatu, Villam quandam ingressus, a rustico captus est. Quē blande, ut se dimitteret, obsecrabat, Non em̄ te læsi dicens, Cui rusticus, nec hæc respōdit te læserat. Fabula indicat merito puniri, qui innocentes lædere conantur.

De Aranea, & Hirundine.

Fabula quarta.

A Ranea in hirundinē excandescens, quæ muscas qui suus est cibus, capiebat, retia in foribus, per quas uolitare solebat, ut eam caperet, suspenderat, hirūdo uero aduolans, retia cum textrice per aera portabat, Tunc aranea in aere pendens, & se iamiam perituram intelligens, Quam iuste hæc patior dicebat, quæ minima uolatilia magno labore uix capiens, credidi tam magnas aues posse comprehendere. Hac admonemur fabula, ne uiribus maiora aggrediamur.

De Rustico amnem transituro.

V

R Usticus torrentē transiturus, q̄ forte imbribus excreuerat, quærebat uadū, Et cū primū eam fluminis partē tentasset, quæ quietior, placidiorq̄ uidebatur, reperit eam altiorē, quā animo erat opinatus, Rursus ibi breuiorē, tutiorēq̄ adinuenit, ubi maior aquarū strepitu fluuius decurrebat, Tunc secū, Quā tutius inquit clamosis aquis, quā quietis, & silentibus uitā nostrā credere possumus. Hac admonemur fabula, ut minus uerbosos & minaces, quā quietos extimescamus.

De Columba, & Pica. VI

Columba interrogata a pica, quod eam induceret, ut in eodem semper loco nidificaret, cum eius pulli inde sibi semper surriperentur: simplicitas respondit. Hæc indicat fabula, facile esse viros probos sæpe decipi.

De Cuculo, & Accipitre. VII

Irifus ab accipitre cuculus, quod cum sibi & corpore par, & colore non absimilis esset, præ angustia animi potius uermibus terrenis, quam suauibus aliarum auium carnibus uesceretur, uidit paucis post diebus accipitrem a rustico, cuius columbas insectabatur, captum ad metum cæterorum ex alta turre pēdere. Cui cuculus, Quam melius tibi inquit amice fuisset, uermes uenari, quæ alienas aues impetere. Hæc fabula indicat eorum uitam tutiorem esse, & magis probandam, qui suis rebus sine periculo contenti sunt, quam illorum, qui aliena appetentes, adeunt magna uitæ discrimina.

De Asino, & Vitulo: VIII

Asinus & uitulus in eodē pascētes prato, sonitu campanæ hostilē exercitū aduentare p̄sensērāt. Tum uitulus, fugiam⁹ hinc o sodalis inquit, ne hostes nos captiuos abducant. Cui asinus fuge tu inquit quē hostes occidere & esse cōsueuerunt. Asini nihil inter est, cui ubiq; eadē ferendī oneris est proposita conditio.

Hæc fabula seruos admonet, ne dños magnopere mutare formident, modo prioribus deteriores futuri nō sint.

De Vulpe & mulieribus gallinā edentibus IX

Vulpes iuxta uillā quandam transiens, conspexit cateruam mulierum plurimas gallinas opipare affatas, alto silentio comedentem, ad quas conuersa. Qui clamores inquit, & canum latratus contra me essent, si ego facerem, quid uos facitis? Cui respondens quaedam anus, pessima animalium inquit, Nos quæ nostra sunt, comedimus, tu uero aliena furaris. Hæc fabula nos admonet, ne putemus nobis in aliena licere, quod proprijs dominis licet.

De Caponibus pinguibus, & macro. X

Vir quidam complures capones in eodem Ornithobosco inclusos, largo nutricauerat cibo, quos pingues effecti sunt omnes, præter unum, quem ut macilentum irridebant fratres, dominus nobiles hospites lauto & sumptuoso accepturus conuiuio, imperat coquo, ut ex his interimat, coquatque, quos pinguios inuenit. hoc audientes corpulenti, sese afflictabant dicentes quanto præstitisset nos macilentos esse. Hæc fabula in pauperum solamen conficta est, quorum uita tutior est, quam diuitum.

De Trabe, & Bobus eam trahentibus? XI

TRabs ulmea de bobus conquerebatur, dicens, Ingrati, ego multo tempore meis uos frōdibus alui, uos uero me nutricem uestram per saxa & luta trahitis. Cui boues, gemitus, suspiriaque nostra, & stimulus, quo pungimur, te docere possunt, quod te traha-

mus inuiti, ignouit trabs. Hæc nos docet fabula. ne in
eos excandescamus, qui non sua sponte nos lædunt.

De Arboribus pulchris, & deformibus. XII

ARbores complures in eodẽ creuerant loco pro
ceræ, rectæ, enodesq;, præter unam humilem,
paruam, nodosamq;, quam ut deformem, pusil
lamq; cæteræ ludibrio habere solitæ erant. Aedificaturus
domum loci dominus, iubet omnes excidi, præter eam,
quæ breuitate, & deformitate sua ædificium indecorum
redditura uidebatur. Cæteris excisis, deformis hæc secum
dicebat, De te non amplius querar natura, quod me tur
pem genueris, cum formosis tam magna uidebã iminere
discrimina. Hæc fabula nos admonet. ne doleam⁹ nos
natos esse deformes, cū multis formositas sepe nocuerit.

De Cygno in morte canente reprehens
so a ciconia. XIII

CYgnus moriens interrogabat a Ciconia, cur in
morte, quam cætera animalia adeo exhorrent,
multo suauiores, quã in omni uita emitteret so
nos, cum potius mœstus esse deberet. Cui cygnus, quia
inquit neq; cibi quærendi cura amplius cruciabor, neq;
aucupum laqueos extimescam. Hæc fabula nos admo
net, ne mortem formidemus, qua omnes uitæ præsentis
miseriæ præciduntur.

De Muliere uirum morientem flente, & patre
eam consolante. XIII

G iij

A B S T E M I I



Mulierem adhuc iuuenem, cuius uir animam agebat, consolabatur dicens, Ne te afflictes, Ne tantopere filia. Alium enim uirum tibi inueni isto longe formosorem, qui prioris desiderium facile mitigabit. At mulier doloris impatiens, ut quod maritum ardenti amore prosequeretur, non modo uerba parentis non admittebat, sed interpestiuam alterius mariti mentionem accusabat. At ubi maritum defunctum uidet, iter lachrymas & luctus parentem interrogat, an adsit ibi iuuenis ille, quem sibi in uirum dare uelle se dixerat? Fabula indicat quod cito defunctorum maritorum amor ex uxoribus animo excidere solet.

De Muliere amatoris discessum flente. XV

Mulier impudica amatorem suum abeuntem, quem omnibus fere rebus spoliauerat, multis lachrymis prosequeretur. interrogante autem eam uicina, cur ita inconsolabiliter fleret? Non discessum eius inquit, sed pallium, quod ei reliqui, fleo. Fabula indicat, non amatores, sed eorum bona a meretricibus amari.

De Musca, quae quadrigis insidens, puluerem se excitasse dicebat. XVI

Quadrigae in stadio currebant, quibus musca insidebat. Maximo autem puluere tum equorum pedum pulsu, tum rotarum uoluntate exorto, dicebat musca, quam magnam uim pulueris excitauit. Haec fabula ad eos spectat, qui cum ignaui sint, alienam tamen gloriam suis magnificis uerbis in se transferre conantur.

De Anguilla conquerente, quod magis quā
serpens infestaretur. XVII

Anguilla interrogabat serpentem, quare cum si-
miles essent atq; cognati, homines tamē se poti-
us, quam illum insequerētur. Cui serpens, quia
rarus inquit me lædit impune. Fabula indicat minus læ-
di solere, qui se se ulciscuntur.

De Asino, Simia, & Talpa. XVIII

Conquerenti asino, qđ cornibus careret, Simiæ
uero qđ cauda sibi deesset, tacete inquit talpa.
cum me oculis captam esse uideatis. Hæc fa-
bula ad eos pertinet, qui non sunt sua sorte contenti, qui
si aliorum infortunia consyderarent, æquiori animo tol-
lerarent sua.

De Nautis sanctorū auxiliū implorātibus. XIX

Nauta quidam in mari subita & atra tempestate
deprehensus, cæteris eius locijs diuersorum di-
uorum auxiliū implorātibus, nescitis inquit
quid petatis. Ante enim quam sancti isti ad deum pro no-
stra liberatione se conferant, hac imminenti procella ob-
ruemur. Ad deum igitur confugiendum cēseo, qui absq;
alterius adminiculo, a tantis malis nos poterit liberare. In-
uocato igitur dei omnipotentis auxilio, illico procella
cessauit. Fabula indicat, ubi potentioris auxiliū ha-
beri potest, ad imbecilliores non confugiendum.

De Piscibus e sartagine in prunas
desilientibus. XX

A B S T E M I I



Isces adhuc uiui in sartagine feruenti oleo coquebantur, quorum unus fugiamus hinc fratres inquit, ne pereamus. Tunc omnes pariter e sartagine exilientes, in ardentis prunas deciderunt. Maiori igitur dolore affecti, damnabant consilium, quod coeperat, dicentes. Quanto atrociori nunc morte perimus. Hæc nos admonet fabula, ut ita præsentia uitemus pericula, ne incidamus in grauiora.

De quadrupedibus societatem aduersus aues cum piscibus ineuntibus. XXI

Quadrupedes cum bellum sibi ab auibus esset indictum, cum piscibus foedus inierunt, ut eorum auxilio se ab auium furore tuerent. Cum autem optata expectarent auxilia, pisces negant per terram ad eos accedere posse. Hæc nos admonet fabula, ne eos nobis socios faciamus, quæ cum opus sit, nobis adesse non possint.

De legato auro tubicines decipiente. XXII

Quidam avarus pro patria legatus, in aliam urbem profectus erat, cui tubicines præsto affuerunt, ut illius aures tubarum clangore, loculos autem suos pecunia implerent. Quibus ille renunciari iubet, non esse nunc locum cantibus, se in summo luctu & mœrore constitutum, matrem enim suam obiisse, tubicines autem spe frustrati, & mœsti abeunt. Amicus quidam legati audiens luctum, ad eum uisendum consolandumque accedit, interrogatque quid diu mater eius obiisset. Quadraginta iam anni sunt inquit. Tunc amicus intellecta legati

strophæ, in risum effusus est. Hæc fabula ad auaros facit, Qui omni arte student conseruare pecuniam.

De uiro, qui ad cardinalē nuper creatū gratulandi gratia accessit. XXIII

Vir quidā facetus admodū, & urbanus, audiens amicū suū ad cardinalatus dignitatē assumptū, ad eum gratulandi gratia accessit, qui honore tumidus, amicū ueterē agnoscere dissimulās, quisnā esset interrogabat. Cui ille ut erat ad iocos promotus, Misereleo inquit tibi, cæterisque qui ad huiusmodi honores perueniunt. Quā primū eū dignitates eiusmodi estis assecuti, uisum, auditumque, & cæteros sensus ita amittitis, ut pristinos amicos amplius non cognoscatis. Hæc fabula eos notat, qui in altū sublatis ueteres despiciunt amicitias.

De Iuene senis curuitatē irridente. XXIII

Iuuenis quidam conspicatus senem in arcus tensi similitudinem curuum, interrogauit an sibi arcum uellet uendere? Cui ille, Ecquid inquit est tibi opus pecuniam amittere. Si enim ad meam perueneris ætatē, absque pecunia arcum tibi natura concederet.

Hæc fabula indicat minime irridenda uitia senilis ætatis, quam nemo uiuendo effugere potest.

De sene puellam in uxorem accipiente. XXV.

Vir quidam imprudens exacto septuagesimo uitæ anno puellam duxerat in uxorem, qui ad id tempus in cœlibatu permansisset. Cui cum debitum soluere non posset, dicere solebat. Quam male

H

uitā meam disposui. Iuueni enim mihi uxor deerat, nunc autem senex desum uxori. Hæc fabula innuit, omnia suo tempore peragenda.

De Aquila & pica.

XXVI

Pica aquilam rogabat, ut se inter suos familiares, & domesticos acciperet, quādo id mereretur cū corporis pulchritudine, tum ad mādāta peragenda linguæ uolubilitate, cui aquila, hoc facerem respondit ni uererer, ne quæ intra tegulā fiunt, tua loquacitate cuncta efferres. Hæc fabula monet linguaces & garrulos domi non habendos.

De Turdo amicitiam cum Hirundine inuente, Fabula

XXVII

Gloriabatur turdus se amicitiam contraxisse cū hirūdine. Cui mater stultus es fili inquit, si credis cum ea posse conuiuere, cum uterq; uestrū diuersa soleat appetere loca. Tu enim frigidis, illa tepidis delectantur locis. Hac monemur fabula, ne eos nobis faciamus amicos, quorum uita a nostra dissentit.

De rustico, & mure,

XXVIII

Rusticus quidā erat admodū pauper, sed adeo facetus, ut ne calamitatis quidem tempore, natiui leporis obliuisceretur. Is cum uillam suam casu igne iniecto, ita ardentem uideret, ut aliquo modo ignem extingueret posse diffideret, mœstus spectabat incendium. Interim cernit murem quendā, qui uilla egressus, periculum quam ocissime fugiebat. Oblitus damno

rum Rusticus cucurrit, & murem corripiens illum, in medium iecit incendium, dicens. Ingratum animal tempore foelicitatis mecum habitasti, nunc quia fortuna mutata est, uillam meam deseruisti. Fabula indicat eos non esse ueros amicos, qui arridente fortuna a latere tuo non discedunt, turbata autem, Praecipiti abeunt cursu.

De Heremita uirgine aegrotante. XXIX

INsitum est a natura omni animantium generi, ut rei uenereae libidine incitentur, a qua si qui homines, qui cortuo albo rariores sunt, se abstinere uolunt, saepe in graues morbos incidere solent. Quidam igitur Heremita ab ipsa adolescentia ita titillationes carnis euicerat, ut usque ad quintum & uigesimum aetatis annum uirgo permaneret. Cum autem in eam aetatem grauissime aegrotare coepisset, Medici nullum aliud salutis eius remedium se inuenire dicebant, nisi ut cum aliqua muliere coiret. Diu heremita recusauit, mori se potius uelle dicens, quam uirginitatem, rem tam praeclearam, & deo maxime gratam amittere. Assueti enim uirtutibus, aegre illas a se discedere patiuntur. Victus tandem precibus, & cupiditate uitae, qua nihil homini sanae mentis dulcius est. Adductae sibi mulieris infusus gremio, placidum petiuit per membra soporem. Experrectus autem uehementer angebatur, & tantam uim lachrymarum effundebat, ut omnes, qui aderant, illius misererentur. Quisque igitur eum solari, & ut bono animo esset, hortari, quoniam deus clementissimus pater ei ignosceret, quia non uoluptatis, sed recus

H ij

perandę sanitatis causa opus tale patrasset. At ego inquit istud nō fleo, sed quod tantam dulcedinē citius expertus nō sum. Hęc indicat fabula, humanam naturam a deo peccatorum illecebris delectari, ut uitiorum uoluptatem facile uirtutum amaritudini anteponant.

De diuite quodam, & seruo. XXX

Vir erat diues, seruum habens tardi ingenij, quę regem stultorum solebant nuncupare. Ille his uerbis sæpius irritatus, statuit hero par referre. Semel enim in herum conuersus. Vtinam inquit rex stultorum essem, in toto enim terrarum orbe, nullum meo latius esset imperium. & tu quoq; meo subesses imperio.

Fabula indicat omnia plena esse stultorum.

De Vidua uirum petente. XXXI

Vidua quędam diues a uicina petebat, ut maritū sibi repeteret, quem non coitus gratia, qui ingratus admodum sibi erat, sed ne bona sua dilapidarentur, exoptare se dicebat. Mulier sagax, & uiduę uersutias intelligēs, se inquisituram pollicet. Paucis post diebus uiduam conueniens, reperit inquit tibi uirum ex animi tui sententia, Est enim uir prudens, & ad res gerendas natus, & genitalibus caret, q̄ tibi cordi non sunt. Cui uidua, abi hinc inquit in malam rem, cum isto marito tuo tam illepido, & si enim coitus appetens non sum, uolo tamen habeat, q̄d nos reconciliet, si q̄n cœperimus esse discordes. Hęc fabula indicat nullū matrimoniū foelix, si clausus defuerit, qui uirū & mulierē arctissime cōstringit.

De Canibus urbanis uillaticum insequentes
quentibus. XXXII

Canes complures urbani, quendam uillaticum præcipiti insequabantur cursu, quamdiu ille fugit, nec repugnare ausus est. At ubi ad insequentes cōuersus substitit, & dētes ipse quoq; ostēdere cœpit omnes pariter substititerunt. nec aliquis urbanorū illi propinquare audebat. Tunc imperator exercitus, qui forte ibi aderat, ad suos conuersus milites. Cōmilitones inquit hoc spectaculum nos admonet, ne fugiamus, cum præsentiora fugientibus, quam repugnantibus uideamus imminere pericula.

De Anu dæmonem accusante. XXXIII

Volunt homines ut plurimum, quando sua culpa aliquid sibi acciderit aduersi, in fortunā uel in dæmonem culpam conferre, ut se crimine exuant, adeo omnes sibi indulgent. Hoc dæmon ægre ferens, cum uideret anum quandam arborem ascēdentem ex qua illam ruituram, & in se culpam collaturam præiudicabat, accitis testibus dixit, Videte anum illam absq; meo consilio arborem ascendentē, unde eam casuram esse prospicio. Estote mihi testes, me ei nō suasisse, ut soleata illuc ascenderet. Mox anus cecidit, & cum interrogaretur cur soleata arborem ascendisset, dæmon inquit me impulit, tunc dæmon adductis testibus, probauit id ab anu absq; suo factum esse consilio. Fabula indicat homines minime uenia dignos, qui cum libere peccēt, fortunam, uel

dæmonem accusant.

De Testudine, & Ranis. XXXIII

Testudo cōspicata ranas, quæ in eodē stagno pascebant, adeo leues, agilesq̃, ut facile quolibet profilirent, & longissime saltarent, naturā accusabat, q̃ se tardū animal, & maximo impeditū onere, procreasset, ut neq̃ facile se mouere posset, & magna assidue mole premeret. At ubi uidit ranas anguillarū escam fieri, & cuiuscūq̃ uel leuissimo ictui obnoxias, aliquantulum recreata dicebat, Quanto melius est onus, q̃ ad oēs ictus munita sum ferre, quā tot mortis subire discrimina. Hęc fabula indicat, ne ægre feramus dona nature, quæ maiori nobis cōmodo saepe sunt, quā nos intelligere ualeamus.

De Gliribus quercū eruere uolētibus. XXXV

Gliribus quercū arborē glandiferā dentibus eruere destinauerant, quo paratiorē haberent cibū ne uictus gratia toties ascendere & descēdere cogerentur. Sed quidam ex eis, qui ætate, & usu rerum, ac prudentia cæteros longe anteibat, eos absterruit, dicens, Si nutricem nostram nunc interficiemus, quis futuris annis, nobis ac posteris nostris alimenta præbebit.

Fabula hæc monet, uirum prudentē debere nō modo præsentia intueri, uerum etiā futura longe prospicere.

De Cane, & Hero. XXXVI

Canē quidā habens, quo magis ab illo diligere semper eum suis pascebat manibus, ligatūq̃ soluebat, Ligari autē & uerberari iubebat a seruo,

ut beneficia a se, maleficia autem a seruo in illum uiderentur esse collata. Aegre autem ferens canis se assidue ligari uerberariq; aufugit, & cū increparetur a domino ut ingratus, & tantorum beneficiorum immemor, qui se fugisset, a quo semper dilectus, pastusq; fuisset, ligatus autem, uerberatusq; nunquam, respondit, Quod seruus tuo iussu facit, a te factum puto. Hæc fabula indicat eos malefactores habendos, qui maleficiorum causa fuere.

De Auis Scarabæos timentibus. XXXVII

Magnus timor aues inceserat ne scarabæi arcu pilas Mari eas occiderent, a quibus magnā pilarū uim in sterquilinio summo labore fabricatā audierunt. Tunc passer nolite inquit expauescere, Quo modo em pilas in nos per aera uolantes iacere potuerunt, cū eas per terrā magno molimine uix trahant. Hæc fabula nos admonet, ne hostiū opes extimescamus, quibus deesse uidemus ingenium.

De Urso, & Apibus. XXXVIII

Vrsus ictus ab ape, tanta ira percitus est, ut aluearia, in quibus apes mellificauerāt, tota unguibus discerperet. Tunc apes uniuersæ, cum domos suas dirui, cibaria auferri, filios necari uiderent, facto impetu aculeis ursum inuadentes, pene necauere. Qui ex earū manibus uix elapsus secum dicebat, quanto melius erat, apis unius aculeum tollerare, quā tot in me hostes mea iracundia concitare. Hæc fabula innuīt longe melius interdum esse, iniuriam unius sustinere, q̄ dum unū punire uolumus, multos nobis inimicos comparare.

H iij

De Aucupe, & Fringilla. XXXIX

Auceps tetenderat uolucris retia, largamque illis in area effuderat escam, pascentes tamē aues non capiebat, quia sibi uidebantur paucae, quibus pastis ac auolantibus, aliae pastum adueniunt. Quas quoque propter paucitatem capere neglexit, hoc per totū diem ordine seruato, ac alijs aduenientibus, alijs abeuntibus, illo semper maiorem prædam expectante, tandem ad uesperascere cœperit. Tunc auceps amissa spe multas capiendi, cum iam tempus esset quiescendi, attrahens retia, unam tantum fringuillam, quæ infoelix in area remanerat, cepit. Hæc fabula indicat, qui omnia comprehendere uolunt, sæpe pauca uix capere posse.

De Milite, & Equo. XL

Miles equū habens optimū, emittit aliū nequaquam illi bonitate parē, quē multo diligentius, quam priorem nutrabat, tunc priori sic ait, Cur me dñs quam te impensius curat, cum tibi neque pulchritudine neque robore, neque uelocitate comparandus sim, Cui ille. Est hæc inquit hominum natura, ut semper in nouos hospites benigniores sint. Hæc fabula indicat hominum amentiam, qui noua etiam si deteriora sint, solent ueteribus antepone.

De Sue, & Cane. XLI

Sus irridebat canem odoriferū, qui domino murmure & cauda adularetur, a quo ad artem aucupatoriam multis uerberibus, auriumque uellicationibus fuerat instructus, Cui canis, Nescis inquit insane nescis, quæ

ex uerberibus illis sum consecutus, per ea enim suauissimis perdicum, coturnicumque carnibus uescor. Hæc fabula nos monet, ne iniquo feramus animo præceptorum uerbera, quæ multorum honorum causa esse consueuere.

De Trabe bouum pigritiã increpante. XLII

TRabs, quæ curru uehebatur, boues ut lentulos increpabat, dicens, currite pigri, onus enim leue portatis. cui boues, irrides nos responderunt ignara quæ te poena maneat, onus hoc nos cito deponemus, tuum autem tu quo ad rumparis, sustinere cogeris. indoluit trabs, nec amplius boues cum uitijis laceffere ausa est. Hæc fabula quemlibet monet, ne alium insultet calamitatibus, cum ipse possit maioribus subiacere.

De Carduele, & Puero. XLIII

CArduelis auis interrogata a puero, quo in delitijs habita, & suauibus & largis cibis nutrita fuerat, cur cauea egressa, regredi nollet, ut meo inquit, me arbitrato, non tuo pascere possim. Hæc fabula indicat uitæ libertatē cunctis delitijs anteponendā.

De Scurra, & Episcopo. XLIII

SCurra quidam Kalendis Ianuarij ad Episcopum quendam diuitem quidem, sed auarum accedens, numisma aureum strenæ nomine petijt. Antistes insanire hominem dixit, qui crederet tantam pecuniam sibi in strenam dari. Tunc scurra numum argenteum efflagitare cœpit. Sed cum ille hoc quoque nimium sibi uideri diceret, æreum quadrantē, ut saltem sibi traderet, ora

H v

bat. Sed cū ne hunc quoq; posset ab episcopo extorquerē
 re. Reuerende inquit pater, saltem benedictione tua me
 pro strena imperti. Tunc episcopus flecte inquit genua
 fili, ut te benedicam. At ego inquit scurra, benedictionē
 istam tuam tam uilem nolo. Si enim numum æreum uas
 leret, eam mihi nunq̄ profecto concederes. Hæc fabu
 la contra eos ep̄os & sacerdotes conficta est, q̄ diuitias &
 opes pluris faciūt, q̄ cuncta ecclesiæ sacra, atq; mysteria.

De Vpupa indigne honorata. XLV

Inuitatæ fere omnes aues ad aquilæ nuptias, indigne
 ferebant upupam cæteris præferri, quia corona in
 signis esset, & uersicoloribus pennis ornata, cū semp̄
 inter stercora, & sordes solita esset uolutari. Hæc fabula
 stultitiam eorum arguit, qui in hominibus honorandis,
 potius uestitum, nitorem, præstantiamq; formæ, quã uir
 tutes, moresq; soleant attendere.

De Sacerdote, & Pyris. XLVI

Sacerdos quidam gulosus extra patriam ad nuptias
 proficiscens, ad quas fuerat inuitatus, reperit in
 itinere pyrorum aceruum, quorum ne unum quidē
 attigit, quamuis magna affectus fame, Quin potius ea
 ludibrio habens, lotio consperfit, indignabatur enim hu
 iusmodi cibos sibi in itinere offerri, qui ad lautas accedes
 bat epulas. Sed cum in itinere torrentem quendā ita im
 bribus auctū offendisset, ut sine uitæ periculo, eum trans
 ire non posset, domū redire constituit, Reuertens aut̄ ieiun
 nus, tanta est oppressus fame, ut nisi pyra illa, quæ urina

conspserat comesset, cū aliud non inueniret, extinguere

Hæc fabula monet nihil esse contemnendū, cum nihil sit tam uile & abiectum, quod aliqñ usui esse non possit.

De Mulo, & Equo. XLVII

Mulus cōspiciēs equū aureo freno, ephippioq; insignem, & purpureis opertum faleris, rumpebatur inuidia illum beatū reputans, qui continue optimis uesceretur cibus, & decoro amiciret ornatu, se autem præ illo infœlicem, qui clitellis male dolatis oppressus, quotidie maxima onera ferre cogere. At ubi uidit equum pugna redeuntem, multis effectum uulneribus, præ illius calamitate se fœlicē appellabat, longe melius esse dicens, quotidiano labore durum uictum quæritare, & turpiter uestiri, quā post optimos & delicatos cibos, & tantos ornatus, mortis adire discrimina. Hæc fabula monet, regibus & principibus minime inuidendū, quia diuitijs & opibus abūdēt, ut cū uitā eorū lōge pluribus periculis, quam pauperum uideamus esse subiectā.

De Porco, & Equo. XLVIII

Porcus cōspiciens equum bellatorem, qui cataphractus ad pugnā prodibat, Stulte inquit quo properas, in pugna enim fortasse morieris, cui equus, At tibi inter lutum, sordescq; impugnato, quamuis nihil dignum laude gesseris, cultellus adimet uitam. mortem uero meam comitabitur gloria. Hæc fabula innuit honestius esse rebus præclare gestis occumbere, quam uitam turpiter actam protrahere.

De Coriario emente pellem Vrsi a uenatore
nondum capti. XLIX

Coriarius ad uenatorē accedens, emit ab eo pellem ursi, pecuniamq; pro ea protulit. Ille sibi in praesentia pellem ursi non esse, cæterum post tridie uenatum profecturū, ursoq; interfecto, pellem illius ei se daturum pollicetur, Coriarius animi gratia cum uenatore in syluam profectus, altissimā arborem ascēdit, ut inde ursi, uenatorisq; certamen prospiceret. Venator intrepidus ad antrum, ubi ursus latebat, profectus, immixtis canibus, illum exire compulit, qui euitato uenatoris ictu, eum prostrauit humi. Tunc uenator sciens hanc feram in cadauera non sæuire, anhelitu retento, se mortuum simulabat. Vrsus naribus admotis olfaciens, cum illum nec naso, nec corde spirantem deprehenderet, abscessit, coriarius cum feram abesse prospiceret, ac nihil amplius adesse periculi, ex arbore se deducens, & ad uenatorem, qui nondum surgere audebat, accedens, illum ut surgeret monebat, interrogauit deinde quid ad aurē ei ursus locutus esset. Cui uenator, monuit me inquit, ne deinceps ursi pellem uendere uelim, nisi eum prius ceperim. Hæc fabula indicat, incerta pro certis non habenda.

De Heremita, & Milite. L

Heremita quidam uir sanctissimæ uitæ militem hortabatur, ut relicta seculi militiā, quam absq; dei offensa, & animæ discrimine pauci exercēt tandem se corporis traderet quieti, & animæ consuleret

saluti. Cui miles faciam inquit, quod mones, Pater enim uerum est, quod hoc tempore milites, neq; stipendia exigere ualeant, licet exigua sint, neq; prædari possint.

Fabula significat multos uitijs renuntiare, quia illa amplius exercere non possunt.

De Viro, & Vxore bigamis. LI

Vir quidam defuncta uxore, quam ualde dilexerat, duxit alteram & ipsam uiduam, quæ assidue ei prioris mariti uirtutes, fortiaq; facinora obiebat. Cui ut par referret, ipse quoq; defunctæ uxoris mores probatissimos, pudicitiamq; insignem referebat. Quadam autem die uiro irata, pauperi elemosynam petenti, partem caponis, quem in cœnam utrisq; coxerat dedit, dicens. Do tibi hoc pro anima prioris uiri, Quod audiens maritus, accersito paupere, reliquum caponis dedit dicens, & ego quoq; do tibi hoc pro anima uxoris meæ defunctæ. Sic illi, dum alter alteri nocere cupiunt, quid cœnarent tamen non habuerunt. Hæc fabula monet non esse contra eos pugnandum, qui se possunt optime uindicare.

De Leone, & Mure. LII

Leo laqueo captus in sylua, cum se ita irretitum uideret, ut nullis uiribus se inde posse explicare confideret, murem rogauit, ut abroso laqueo eum liberaret, promittens tanti beneficii se non immemorem futurum. Quod cum mus prompte fecisset, leonem rogauit, ut filiam eius sibi traderet in uxorem. Nec abnuuit leo, ut benefactori suo rem gratam faceret. Noua autem nupta

ad uirū ueniens, cū eum nō uideret, casu illū pede pressit,
atq; cōtriuuit. Hæc indicat fabula, matrimonia & cætera
cōsortia improbanda, quæ ab imparibus contrahuntur.

De Vlmo, & Silere. LIII

Vlmo in ripa fluminis nata, siler sibi proximū
irridebat, ut debile & inualidum, qd ad omnē
uel leuissimū undarum impetum, fleteretur,
suam autem firmitatē & robur magnificis extollebat uer
bis, quod multos annos assiduos annis impetus incon
cussa pertulerat. Semel autem maxima nudarū uolentia,
Vlmo perfracta trahebatur ab equis. Cui Siler ridens in
quit, Cur me deseris uicina, ubi est nunc fortitudo tua.

Fabula significat, sapientiores esse, qui potētioribus se
cedunt, q̄ qui resistere uolentes turpiter superantur.

De Cera duritiem appetente. LIII

Cera ingemiscebat se mollē, & cuiuscūq; leuissimo
ictu penetrabilē procreatā. Videns aut lateres
ex luto multo se molliori factos, in tantā duritiā
ignis calore peruenisse, ut multa perdurarent secula, se ie
cit in ignem, ut eandem duritiem consequeretur. Sed sta
tim igne liquefacta, consumpta est. Hac admonemur
fabula, ne appetamus, quod est nobis natura denegatū.

De Agricola militiam, & mercaturam affe
ctante. Fabula. LV

Agricola quidam ægre ferebat se assidue terram
uoluere, nec perpetuis laboribus ad magnas di
uitias peruenire, cum nōnullos uideret milites,

qui actis praelijs ita rem auxerant, ut bene induti incederent, & lautis epulis nutriti, beatam agerent uitam. Venditis igitur ouibus, capris, ac bobus, equos emit, & arma, & in militiam profectus est, ubi cum ab imperatore suo male pugnatum esset, non solum quae habebat perdidit, sed etiam pluribus uulneribus affectus est. Quae damnata militia, mercaturam exercere statuit, ut ubi maius lucrum, & minorem laborem extimabat. Praedijs igitur uenditis, cum nauem mercibus impleuisset, nauigare coeperat, sed cum in alto esset, tempestate subito cohorta. Nauis submersa est, & ipse cum ceteris, qui in ea erant, ad unum omnes periit. Haec fabula monet, quemlibet debere sua arte esse contentum, cum ubique sit parata miseria.

De Asino, & Scurra.

LVI

Asinus indigne ferens Scurram quendam honorari, & pulchris uestibus amiri, quia magnos uentris edebat sonos, ad magistratus accessit, petens ne se minus quam Scurram honorare uellent. & cum magistratus admirantes eum interrogarent, cur se ita honore dignum duceret, inquit, quia maiores quam Scurra crepitus uentris emitto, eosque absque foetore. Haec fabula eos arguit, qui in rebus leuissimis, suas pecunias profundunt.

De Amne suum fontem conuictis laceffente.

LVII

Amnis quidam suum conuictis fontem laceffebat, ut inerte, quod immobilis staret, nec ullos haberet pisces, se autem plurimum commendabat, quod optimos crearet pisces, & per ualles blando murmure serperet, indignatus

fons in amnē uelut ingrātū, undas repressit, Tunc amnis
& piscibus & dulci sono priuatus, euanuit. Hæc fabu-
la eos notat, qui bona, quæ agunt sibi arrogant, non deo
attribuunt, a quo largo fonte nostra bona procedunt.

De Viro maligno, & Dæmone. LVIII

Vir malignus, quomodo plurima ppetrasset sce-
lera, & sæpius captus, & carcere conclusus, ar-
ctissima & peruigile custodia teneretur, damo-
nis auxilium implorabat. qui sæpenumero illi affuit, & e-
multis eum periculis liberauit. Tandem iterū deprehēso
& solitum auxilium imploranti, dæmon magnum calceo-
rum pertusorum fascem super humeros habens, apparuit
it dicens. Amice amplius tibi auxilio esse nō possum, tot
enim loca pro te liberando hæctenus peragraui, ut hos o-
mnes calceos contriuerim. Nulla mihi superest pecunia,
qua alios ualeam comparare. Quare pereundum est tibi.

Hæc admonet fabula, ne existimemus nostra semper
impunita fore peccata.

De Auibus plures reges eligere uolentibus. LIX

Aues consultabant de pluribus regibus eligēdis
cum aquila tantos uolucrum greges sola rege-
re non posset, fecissentq; uoto satis, nisi cornicis
monitu a tali consilio destitissent. quæ cum causam roga-
retur, cur non plures reges duceret eligendos, quia diffi-
cilius inquit plures, quam unus saccus, implentur. Hæc
fabula docet, longe melius ab uno, quam a multis princi-
pibus gubernari.

De Muliere, quæ pro uiro se mori uelle dicebat, Fabula

LX

Matrona quædã admodũ pudica, & uiri amatissima, ægre ferebat maritũ aduersa ualitudine detineri. Lamẽtabatur, ingemiscebat, & ut suum in uirum amorem testaretur, rogabat mortem, ut si maritum sibi esset ereptura, se potius quã illum uellet occidere. Inter hæc uerba mortem cernit horribili aspectu uenientem, cuius timore præterrita, & iam sui uoti pœnitens. Non sum ego inquit quẽ petis, iacet ibi in lecto, quẽ occisura uenisti. Hæc fabula indicat, neminẽ esse adeo amantem amici, qui non malit sibi bene esse, quam alteri.

De Adolescente in funere matris canente. LXI

Vir quidam defunctam uxore, quæ ad sepulchrũ efferebatur lachrymis & fletibus prosequebatur. Filius uero eius canebat, qui cum a patre increparet, ut amens, & insanus, qui in matris funere cantaret, cum una secum mœstus esse, & flere deberet, inquit Pater mi, si sacerdotes ut canerent cõduxisti, cur mihi irasceris gratis concinenti. Cui pater. Non tuum inquit & sacerdotum est idem officium. Fabula indicat, non omnia omnibus esse decora.

De Viro Zelotypo, qui uxorem dederat custodiendam.

LXII

Vir Zelotypus, uxorem quam parum pudice uiuere compererat, cuidam amico, cui plurimũ fidebat dederat custodiendã, ingentem pollic

I

A B S T E M I I

tus pecuniā, si eam ita diligenter obseruaret, ut nullo modo cōiugalem uiolaret copulam. At ille ubi aliquot dies expertus, custodiam hanc nimis difficilem, & ingenium suū uersutia mulieris uinci cōperisset, ad maritū accedens dixit se amplius nolle hanc tam duram gerere prouinciā qñquidē ne Argus quidē, q̄ tot⁹ oculus fuit, mulierē in uitā posset custodire. Addidit præterea, si necesse sit, male se anno integro saccum plenum pulicibus quotidie in pratū deferre, solutoq; sacco eos inter herbas pascere, uesperetq; facto, omnes domū reducere, quā una die impudicam mulierē seruare. Hęc fabula indicat, nullos custodes esse ita diligētes, q̄ impudicas mulieres ualeant custodire

De Viro clysteria recusante, LXIII

Vir quidam natione germanus, diues admodum ægrotabat, ad quē curandū plures accesserant medici (ad mel enim cateruatim cōuolant musca) quorum unus inter cætera dicebat, opus esse clysteribus, si uellet cōualescere, quod cum uir huiusmodi insuetus medicinæ audiret, furore percitus medicos domo ei⁹ ci iubet, dicens, eos esse insanos, qui cum caput sibi doleret, podici uellent mederi. Hęc fabula innuit omnia etiā salutaria insuetis, & inexpertis, aspera & obfutura uideri.

De Asino ægrotante, & Lupis uisitātibus. LXIII

Asinus egrotabat, fama q; exigera, eum cito moriturū, ad eum igitur uisendū, cum lupi, canesq; uenissent, peterentq; a filio, Quomō pater eius se haberet, ille per hostij rimulam respōdit, Melius quam

uelletis. Hæc indicat fabula, q̄ multi fingūt moleste ferre mortē aliorū, quos tamen cupiunt celeriter interire.

Quod Nuci, Asino, & Mulieri profunt uerbera. LXV

Mulier quædam interrogabat nucē secus uiam natam, quæ a prætereunte populo saxis impetebatur, Quare esset ita amēs, ut quo pluribus maioribusq̄ uerberibus caderetur, eo plures, præstantioresq̄ fructus procrearet. Cui iuglans, es ne inquit pro uerbij immemor ita dicentis?

Nux, Asinus, mulier simili sunt lege ligati,

Hæc tria nil recte faciunt, si uerbera cessent. Hæc fabula, innuit sæpe hoies proprijs iaculis se solere confodere.

De Asino laborū finē non inueniente. LXVI

Asinus hyberno tempore plurimū angebatur, q̄ nimio afficeretur frigore, & durū palarū haberet uictū. Quare uernā temperiē, & teneras herbas optabat. Sed cum uer aduenisset, cogereurq̄ a domino, qui figulus erat, argillam in aream, & ligna ad fornacē, indeq̄ lateres, ibrices, tegulas ad diuersa loca deferre, pertesus ueris, in quo tot labores tolerabat, æstatē omnibus uotis expetebat, ut dñs messe impeditus, eū quiescere pateretur. Sed tunc quoq̄ cum messes in aream, & inde domū triticū ferre cōpelleret, nec quieti loc⁹ sibi esset, autumnū saltē laborū finē fore sperabat. Sed ubi ne tunc quoq̄ malorū terminū adesse cernebat, cum quotidie uinū, poma, ligna portāda essent, rursus hyemis niues et glaciē efflagitabat, ut tunc saltem aliqua sibi requies a tantis

A B S T E M I I

laboribus cōcedere. Hæc fabula indicat nulla esse p̄sen-
tis uitæ t̄pa, quæ non perpetuis sint subiecta laboribus.

De Mure, qui cum fele amicitiam contrahe-
re uolebat. LXVII

MVres complures in cauo parietis cōmorantes
contemplabantur felem, quæ in tabulato capi-
te demisso, & tristi uultu recumbebat. Tunc
unus ex eis hoc animal inquit benignum admodum, &
mīte uide, Vultu enim ipso sanctimoniam quandam præ-
fert, uolo ipsum alloqui, & cum eo indissolubilem nece-
re amicitiam. Quæ cum dixisset, & propius accessisset,
a fele captus, & dilaceratus est. Tunc cæteri hæc uidētes,
secum dicebant, Non est profecto, non est uultui temere
credendum. Hæc fabula innuit non ex uultu, sed ex ope-
ribus homines iudicandos, cum sub ouili pelle sæpe atro-
ces lupi delitescant.

De Asino, qui hero ingrato seruierat. LXVIII

ASinus, qui uiro cuidā ingrato multos annos in-
offenso pede seruierat, semel ut fit, dum sarcina
pressus esset, graui & salebrosa incedit uia, sub
onere ceciderat. Tūc dñs implacabilis multis uerberibus
surgere compellebat, pigrum animal & ignauum nuncu-
pans. At ille miser inter uerbera hæc secum dicebat. Infœ-
lix ego, quam ingratum sortitus sum herum. Nam quam-
uis ei multo tēpore sine offensa seruiierim, tamē non hoc
unum delictum tot meis pristinis beneficijs compensat.
Hæc fabula in eos conficta est, qui beneficiorum sibi

collocatorum immemores etiam minimam benefactoris sui in se offensam, atroci poena prosequuntur.

De Lupo suadente Histrici, ut tela deponeret. Fabula LXIX.

LVpus esuriens in histricem intenderat animum, quem tamē quia sagittis undiq; munitus erat, invadere non audebat. Excogitata autem eum perdendi astutia, illi suadere cœpit, ne paucō tempore tantū telorū onus tergore portaret, quandoquidem ne aliquid sagittarij, nisi cum prælii tempus instaret, portarent. Cui histrix aduersus lupum inquit semper præliandi tempus esse credendum est. Hæc fabula innuit uirum sapientem oportere, aduersus inimicorum & Hostium fraudes semper esse munitum.

De Mure liberante Miluum. LXX.

MVs conspicatus Miluū laqueo aucupis implicitum, misertus est auis quamuis sibi inimicæ, abrosiq; dente uinculis euolandi uiam ei fecit. Miluus tantī immemor beneficii, ubi se solutum uidit murem nil tale suspicantem corripuens unguibus & rostro lacerauit. Fabula indicat malignos uiros huiusmodi gratias suis benefactoribus solere rependere.

De Cochlea petente ab Ioue, ut suam domum secum referre posset. Fabula LXXI.

CVm Iupiter ab exordio mundi singulis animalibus munera, quæ petissent, elargiret. Cochlea ab eo petijt, ut domum suam posset circumferre

A B S T E M I I

Interrogata a Ioue, Quare tale ab eo munus exposceret, quod illi graue & molestum futurum erat. Malo inquit tam graue onus perpetuo ferre, q̄ cum mihi libuerit malum uicinum non posse uitare. Fabula indicat, malorum uicinitatem omni incōmodo fugiendam.

De Erinatio Viperā hospitē eijciente. LXXII

ERinacius hiemē aduentare pręsentiens, blande uiperā rogauit, ut in propria illi⁹ cauerna aduersus uim frigoris locū sibi concederet, q̄d cum illa fecisset, Erinacius huc illuc se prouoluens spinarum acumine, uiperā pungebat, & uehementi dolore torquebat. Illa male secū actū uidens, q̄n erinaciū suscepit hospitio, blandis eum uerbis, ut exiret orabat, quandoquidē locus amobus esset angustus. Cui erinacius exeat inquit, qui hic manere non potest. quare uipera sentiens sibi locum ibi non esse, illi cessit hospitio. Fabula indicat eos in consortia non admittendos, qui nos possunt eijcere.

De Lepore sese uulpi pręferente ob pedum uelocitatem, LXXIII.

LEpus sese dignū reputabat, qui uulpi pręferretur quoniam longe illam pedum pernitate superabat. Tunc uulpes. At ego inquit ingenium sum sortita pręstantius, quo sapius, quam tu pernitate tua canes eludo. Hęc indicat fabula, corporis uelocitatem & uires ab ingenio longe superari.

De Sene ob impotentia libidinem carnis relinquente, LXXIII



In quadā sanctitate peditus singulari, senem
quendā admonebat, ut tandem uitium libidi-
nis dimiteret, cui uehementer insudarāt. Cui
senex, obtēperabo inq̄t pater sancte, sanctissi-
mis, optimisq̄ admonitiōibus tuis. Nam usum Veneris
admodū mihi obesse sentio, & uirga amplius nō arrigit̄.

Fabula indicat multos non amore uirtutis & dei, sed ti-
more pœnæ & impotētia cōsuetis uitij̄s solere desistere.

De Agricola, & Poeta. LXXV

Agricola quidā ad poetam accedēs, cuius agros
colebat, cum eum inter libros solū offendisset,
interrogauit eum, q̄ pacto ita solus uiuere pos-
set. Cui ille, solus inq̄t tantū esse cœpi, postquā te huc cō-
tulisti. Hæc indicat fabula, eruditos uiros, qui doctissi-
morum uirorum turba cōtinue stipantur, tunc solos esse
cum inter illiteratos homines fuerint.

De Lupo ouis pelle induto, qui gregem
deuorabat. LXXVI

Lupus ouis pelle indutus, ouium se imiscuit gre-
gi, quotidieq̄ aliquā ex eis occidebat. Quod cū
pastor animaduertisset, illum in altissima arbore
suspendit. interrogantibus autem cæteris pastoribus, cur
ouem suspēdisset, aiebat, pellis quidē (ut uidetis) est ouis,
opera autem erant lupi. Hæc indicat fabula, homines
non ex habitu, sed ex operibus iudicandos, quoniā mul-
ti sub uestimentis ouium, supina faciunt opera.

De Patre filium ad uirtutes fru-

stra hortante.

LXXVIII.

Pater quidā filiū uitij̄s deditū, mltis hortabat̄ uer-
bis, ut derelicta uitiorum uia, uirtutibus inuigila-
ret, quæ ei laudem & decus erāt pariturae. Cui fi-
lius, frustra inquit Pater ad hæc facienda hortaris. Multos
em̄ prædicatores (ut aiunt) audiui, qui longe te melius ad
uirtutum hortabantur uiam. Nunq̄ tamen eorum admo-
nitionibus obsecutus sum. Fabula indicat uiros malignæ
naturæ nullius hortatu a uitij̄s uelle desistere. *v*

De cane oues domini sui occidente, a quo
suspensus est. Fabula

LXXVIII.

Pastor quidam cani oues suas dederat custodien-
das, optimis illum pascens cibis. At ille sæpe ali-
quam ouem occidebat. Quod cū pastor animad-
uertisset canem capiens, eum uolebat occidere. Cui canis
Quid me inquit perdere cupis, sum unus ex domesticis
tuis, interfice potius lupum qui continue tuo insidiatur o-
uili. Immo inquit pastor te quam lupū morte dignum ma-
gis puto. Ille em̄ palam se meū hostem profitetur. Tu ue-
ro sub amicitia specie, quotidie meū imminuis gregem.
Hæc innuit fabula, lōge magis puniendos q̄ sub amicitie
specie nos lædūt, q̄ qui aperte se n̄ros inimicos profite-
ntur.

De Ariete cum Tauro pugnante. LXXIX.

Aries quidam inter lanigeros greges erat, tanta
cornuum & capitis firmitate, ut cæteros arietes
statim facileq̄ superaret. Quare cum nullū am-
plius arietem inueniret, qui occurstanti sibi auderet obsiste-

re, crebris elatus uictorijs, Taurū ausus ad certamen pro-
uocare. Sed primo congressu, cum in taurinā frontē arie-
tasset, tam atroci ictu percussus est, ut fere moriens hæc
diceret, Stultus ego quid egi. Cur tam potentē aduersari-
um ausus sum laceffere, cui me imparem creauit natura.

Fabula indicat, cum potētioribus nō esse decertandū.

De Vidua, & Asino uiridi LXXX

Vidua quædā coelibatū exosa, nubere cupiebat,
sed non audebat, uerita uulgi irrisiōes, qui ma-
ledictis eas solet incessere, q̄ ad secundas trans-
eunt nuptias. Sed comater eius, quā contemnendæ es-
sent populī uoces, hac arte monstrauit, iussit em̄ asinū al-
bum, quē uidua habebat uiridi colore depingi, & per om-
nes urbis uicos circumduci. Quod dum fieret tanta ad-
miratio ab initio omnes inuaserat, ut nō solum pueri, ue-
rum etiā senes hac re insolita moti, asinū animi gratia cō-
comitarent. Deinde cū huiusmodi animal quotidie per ur-
bem duceret, desierūt admirari. Itidem inquit ad uiduam
comater eueniet tibi. Si em̄ uirū acceperis per aliquot die-
es eris fabula uulgi. Deinde hic sermo conticescet. Hæc
fabula indicat, nullā rem esse tanta dignā admiratiōe, quæ
diuturnitate temporis non desinat esse miraculum.

De Aquila filios cuniculī rapiente. LXXXI

Aquila in altissima arbore nidulata, catulos cuni-
culi, qui longe inde pascebantur, in escam pul-
lorum suorum rapuerat. quam cuniculus blan-
dis orabat uerbis, ut suos sibi filios restituere dignaretur.

K

At illa eum ut pusillum, & terrestre animal, & ad sibi nocendum impotens arbitrata, eos in conspectu matris unguibus dilacerare, & pullis suis epulandos apponere non dubitauit. Tunc cuniculus filiorum morte commotus, hanc iniuriam minime impunitam abire permisit, arborem enim quae nidum sustinebat, radicitus effodit. Quae leui impulsu uentorum procidens, pullos aquilae adhuc implumes, & inuolucres in humum deiecit, qui a feris depasti, magnum doloris solatium cuniculo praebuerunt. Haec indicat fabula, neminem potentia sua fretum, imbecilliores debere despiciere, cum aliquando infirmiores potentiorum iniurias ulciscantur.

De Lupo pisce fluminis maris regnum affectante. Fabula LXXXII

Lupus piscis erat in amne quodam, qui pulchritudine, magnitudine, ac robore caeteros eiusdem fluminis pisces excedebat. Vnde cuncti eum admirabantur, & tanquam regem praecipuo prosequabantur honore. Quare in superbiam elatus, maiorem principatum coepit appetere, relicto igitur amne, in quo multos annos regnauerat, ingressus est mare, ut eius regnum sibi uendicaret, sed offendens delphinum mirae magnitudinis, qui in illo regnabat, ita ab illo insectatus est, ut ausus fugiens uix amnis hostium ingrederetur, Vnde amplius non est ausus exire. Haec fabula nos admonet, ut rebus nostris contenti, ea non appetamus, quae nostris uiribus sunt longe maiora.

De Oue pastori conuiciante. LXXXIII

Ouis conuiciabatur pastori, quod non cōtentus lacte, quod in usum suum, filiorumq; ab ea mulgebat, insuper illā uellere denudaret. Tunc pastor iratus, filium eius trahebat ad mortē, Ecquid inquit ouis peius mihi facere potes, Vt te inquit pastor occidā, & lupis, canibusq; proñciam deuorandam, siluit ouis maiora adhuc mala formidans. Hæc fabula indicat, non debere homines in deum excādescere, si diuitias, si filios ipsis permittat auferri, cum etiam maiora & uiuentibus, & mortuis possit inferre supplicia.

De Auriga, & rota currus stridente. LXXXIII

Auriga interrogabat currū, quare rota, quæ erat deterior strideret, cum cætera idem non facerent. Cui currus, Aegroti inquit semper morosi, & queruli esse consueuerunt. Hæc indicat fabula, mala solere homines ad querimoniam semper impellere.

De Viro amicos experiri uolente. LXXXV

Vir quidā diues admodum, & liberalis, magnā habebat amicorū copiam, quos ad cœnam sæpissime inuitabat, ad quā libentissime accedebant. Volēs autē experiri, an in laboribus, & periculis sibi fideles essent, oēs pariter conuocauit dicens, obortos sibi inimicos, ad quos p̄dendos ire statuerat. Quare correptis armis secū irent, ut illatas sibi ulciscerent iniurias. Tunc oēs præter duos sese excusare cœperunt. Cæteris igitur repudiatis, illos tantum duos in amicorum numero habuit.

quos deinde singulari amore profecutus est. Hæc in-
dicat fabula aduersam fortunam amicitiaæ experimentum
esse quam optimum.

De Vulpe carnem leporis canis laudante.

Fabula

LXXXVI

Vulpes cum fugaret a cane, & iamiam esset ca-
pienda, nec ullam aliam euadendi uiam inue-
nire se posse cognosceret. Quid me inquit o ca-
nis perdere cupis, cuius caro tibi usui esse non p̄test. Ca-
pe potius leporē illum (nō procul em̄ lepus aberat) cuius
carnem suauissimā mortales esse cōmemorant. Canis igi-
tur motus consilio uulpis, omīssa uulpe leporē insecutus
est, quem tamen ob incredibilem eius uelocitatem cape-
re non potuit. Paucis post diebus. Lepus cōueniens uul-
pem uehementer eam accusabat (uerba enim eius audie-
rat) quod se canis demonstrasset. Cui uulpes. Quid me ac-
cusas lepus, quæ te tantopere laudauī. Quid diceres, si te
uituperassem. Hæc indicat fabula multos mortales sub
laudationis specie alijs perniciem machinari.

De Lepore calliditatem, & Vulpe celeritatem
a Ioue petentibus

LXXXVII

Lepus & uulpes a Ioue petebant, Hæc ut callidi-
tati suæ pedum celeritatem, ille ut uelocitati suæ
calliditatem adiungeret, quibus Iupiter ita respō-
dit. Ab origine mundi e sinu nostro liberalissimo singu-
lis animantibus sua munera sumus elargiti. Vni autem o-
mnia dedisse aliorum fuisset iniuria. Hæc innuit fabula

deum singulis sua munera ita esse æquali lance largitum,
quisq; esse debeat sua sorte contentus.

De Equo inculto sed ueloci, & cæteris eum
irridentibus. LXXXVIII

EQui complures ad circenses ludos fuerant adduc-
ti pulcherrimis phaleris ornati, præter unū, quē
cæteri ut incultum, & ad huiusmodi certamen in-
eptum irridebant, nec unquam uictorem futurum opina-
bantur. Sed ubi currendi tempus aduenit, & dato tuba si-
gno, cuncti e carceribus exiliere tū demū innotuit, quan-
to hic paulo ante irrisus, cæteros uelocitate superaret, O-
mnibus enim alijs post se longo interuallo relictis, palmā
assecutus est. Fabula indicat, non ex habitu, sed ex uir-
tute homines iudicandos.

De Rustico per uocem hœdi ad iuriconsul-
tum admissio. LXXXIX

Rusticus quidam graui lite implicatus, ad quen-
dam iuriconsultum accesserat, ut eo patrono
se se explicaret. At ille alijs negotijs impeditus
renunciari iubet se non posse nunc illi uacare. Quare abi-
ret alias rediturus. Rusticus, qui huic ut ueteri, fidoq; ami-
co plurimum fidebat, pluries rediēs nunquam admissus
est. Tandem hœdum adhuc latētem & pinguem secum
deferens, ante ædes iurisperiti stabat, & hœdum uellcās
illum balare cogebat. Ianitor, qui ex præcepto heri dona
portantes statim admittere solebat, audita hœdi uoce, la-
nuam illico aperiens hominem introire iubet. Tunc rus-

K iij

A B S T E M I I

sticus ad hœdũ cõuersus, gratias inquit ago hœdule mi,
qui tam faciles mihi has effecisti fores. Fabula indicat,
nullas res tã duras, difficilesq; esse, q̃s munera nō aperiāt

De Adolescente ex coitu infirmo, & lupo. XC

ADolescens quidã uxore duxerat, & ipsam quoq;
adolescentulam, formosam admodum, & libi-
dinofam, cuius effrenæ libidini, dum satisfacere
cupit, ita lumbos exhausit, ut paucis diebus macilentus
fieret, & mortuo magis, q̃ uiuo similis uideret̃. Nō ingre-
di non stare, non aliqd opus facere poterat. Vt senex qui-
dam apricatione gaudebat, Dum ergo in aprico stans lo-
co, calore solis sese calefaceret, accidit, ut uenatores, q̃ lus-
pum fuerant insectati, illac iter haberent, quos cum adole-
scens interrogaret, cur lupũ non ceperant, ob incredibilẽ
inquiunt illius uelocitatẽ, illũ assequi nō potuimus. Tũc
ait adolescens, Vxorẽ profecto hic lupo habere non de-
bet, si em̃ uxori iunctus esset, nunq̃ tanta pedũ p̃nicitate
polleret. Hæc indicat fa. neminẽ esse adeo robustũ & fors-
tẽ, quẽ nimius ueneris usus, nō infirmũ & debilẽ reddat.

De Sene iuuenem poma sibi surripientem sa-
tis deijciente. XCI

Senex quidam iuuenem sibi poma surripientẽ, blan-
dis orabat uerbis, ut ex arbore descẽdere, nec res su-
as uellet auferre. Sed cum incassum uerba funderet,
iuuene eius ætatem ac uerba cõtemnente, non in uerbis
tantum inquit, uerumetiam in herbis audio esse uirtutem
Herbas igitur uellere, & in illum iacere cœpit, Quod ius

uenis conspicatus in uehementem risum effusus est, & senem delirare arbitrabatur, qui crederet eum ex arbore herbis posse depellere, Tunc senex omnia experiri cupiens, Quando inquit uerborum & herbarum uires aduersus raptorem mearum rerum nullae sunt, lapidibus agam, in quibus quoque dicunt esse uirtutem, lapidesque, quibus gremium impleuerat, In iuuenem iaciens, illum descendere & abire coegit. Haec fabula indicat omnia prius sapientia tentanda, quam ad armorum confugiatur auxilium.

De Luscinia cantum accipitri pro uita pollicente. Fabula XCII

Luscinia ab accipitre famelico comprehensa, quomodo se ab eo deuorandam intelligeret, blande eum rogabat, ut se dimitteret, pollicita pro tanto beneficio ingentem mercedem sese relaturam. Cum autem accipiter eam interrogaret, quid gratiae sibi referre posset. Aures inquit tuas mellifluis cantibus demulcebo. At ego inquit Accipiter malo mihi uentrem demulceas, sine tuis enim cantibus uiuere, sine cibo uero non possum. Haec fabula innuit, utilia iucundis anteponenda.

De Leone porcum sibi socium eligente. XCIII

Leo cum socios asciscere sibi uellet, multaque animalia sese illi adiungere optarent, idque precibus, & uotis exposcerent, ceteris scriptis, cum porco solum societatem uoluit inire, rogatus autem causam respondit, Quia hoc animal adeo fidum est, ut amicos & socios suos in nullo quantumuis magno discrimine unquam

K iij

A B S T E M I I

relinquat. Hæc fabula docet eorum amicitiam appetendam, qui aduersitatis tempore a præstando auxilio non referunt pedem.

De Culice cibum & hospitium ab Ape petente. XCIII.

CVlex hyberno tempore, cum & fame & frigore se periturum conijceret, ad apium accessit aluearia, ab eis cibum & hospitium petens. Quæ si ab eis fuisset consecutus, promittebat filios earum se artem musicam edoctrum. Tunc quædam apis, at ego inquit artem meam malo liberi mei discant, quæ res a famis & frigoris periculo eximere poterit. Fabula nos admonet, ut liberos nostros ijs artibus erudiamus, quæ eos ab inopia ualeant uendicare.

De Asino tubicine, & lepore tabellario. XCV

LEo rex quadrupedum aduersus uolucres pugnaturus suorum acies instruebat. Interrogatus autem ab urso quid ei asini inertia aut leporis timiditas ad uictoriam conferre possent, quos ibi inter cæteros milites adesse cernebat, respondit, Asinus tubæ suæ clangore milites ad pugnam concitabit. Lepus uero ob pedum celeritatem, tabellarij fungetur officio. Fabula significat neminem adeo contemptibilem, qui aliqua re nobis prodesse non possit.

De Accipitribus inter se inimicis, quos Columbæ pacauerant. XCVI



Accipitres inuicem inimici quotidie decerta-
bant, suisq; odijs occupati, alias aues minie
infestabant. Columbæ illorum uicem dolen-
tes, eos missis legatis cōposuere. Sed illi ubi
inter se amici affecti sunt, cæteras aues imbecilliores, &
maxime columbas uexare, & occidere non desinebant.
Tunc secum columbæ, q̄ utilior accipitrum discordia, q̄
concordia nobis erat. Hæc monet fabula malorum in
inter se ciuium odia alēda potius, q̄ extingūda, ut dum
inter se digladiantur, uiros bonos quiete uiuere pmittant

De Muliere ignem in mariti domum ferente.

Fabula

XCVII

Vir quidam prudēs uxorem ducebat, Interroga-
tus autem ab amicis, quid sibi uellet facula illa,
quam noua nupta accēsam a paterna domo ef-
fert, rursusq; mariti domum ingressura accendit, & intro-
fert. Significat inquit me hodie ignem e foci mei ædis
ablatum, in domum meam inferre. Fabula significat
sæpenumero mulieres ignem quendam esse, qui ma-
riti bona comburit.

De Prætorē repetundarū damnato. XCVIII

Prætor, qui prouinciam, cui præfuerat, expilaue-
rat, repetundarū damnatus fuerat. Cumq; ægre
ablata restitueret, dicebat quidam e prouincialis
bus, hic noster prætor mulieres imitatur, quæ foetus con-
cipientes mira uoluptate afficiuntur, cum autē eos emittunt,
incredibili dolore torquentur. Fabula significat,

K v

A B S T E M I I

aliena non esse surripienda, ne illa deponere coacti, moerore conficiamur.

De Sene mortem differre uolente. XCIX

Senex quidam mortem, quæ eum e uita raptura aduenerat, Rogabat, ut paululum differat, dum testamentum conderet, & cætera ad tantum iter necessaria præpararet. Cui mors, cur nõ inquit hæcenus præparasti, toties a me admonitus. Et cum ille eam nunquam a se uisam amplius diceret, cum inquit non æquales tuos modo, quorum nulli fere iam restant, uerumetiam iuuenes, pueros, infantes quotidie rapiebam, non te admonebam mortalitatis tuæ? Cum oculos hebescere, auditum minui, cæterosq; sensus indies deficere, corpus ingravescere sentiebas, nõne tibi me propinquam esse dicebam? & te admonitum negas? Quare ulterius differendũ non est. Hæc fabula indicat ita uiuendum, quasi mortem semper adesse cernamus.

De Viro auaro sacculum numorum alloquente. Fabula C

Vir quidam auarus, qui ingentem aureorũ aceruum male partum relicturus moriebatur, interrogabat sacculum numorum, quem morienti sibi iusserat afferri, quibus uoluptatẽ esset allaturus. Cui sacculus hæredibus inquit tuis, qui numos a te tanto sudore quæsitos, in scortis & conuiujs profundent, & dæmonibus, qui animam tuam æternis supplicijs mancipabunt. Hæc indicat fabula, stultum esse in ijs laborare,

quæ alijs gaudium, nobis autem sint allatura tormentum.

Fabularum Abstemiij finis.

PETRI PAULI PHANTINI DE TRA-
dotio in Hecathomythion consumatissimi ui-
ri Laurentij Abstemiij Maceraten
Tetrastichon.

Quod nēmus hesperidum panchaia bacra fabæi,
Helisium quod habet, quod tagus, astur arabs.
Cuncta tuo Abstemi nascuntur sponte uirector,
Cuius habent siliquæ seria, non apinas.

IOANNIS ANTRACINI MACERA-
ten, in Hecathomythion clarissimi uiri Lauren-
tij Abstemiij Maceraten Tetrastichon.

Doctiloquos alijs scriptis superare latinos,
Quare sumus lepidis Græcia docta pares.
Texanthi seruus technis celebrauit amœnis,
Non minus Abstemiij nos decorauit opus.

LAVRENTII VALENSIS IN XXX. FA
bularum Aesopi, e Græco in latinum sermo
nem ad Clarissimum uirum Renaldum
Fonaledæ Præfatio.



Romiserã nuprime tibi coturnices, quas
ipse uenatus essem missurum. Eas, capere
ut homo uenandi insuetus, quo non pos-
sem, ad uenationem meam, id est, literas
me cõuerti, & forte ad manus uenit libel-
lus græcus, ex præda nauali treis & trigin-
ta Aesopi fabellas continens, has omneis bidui labore ue-
natus sum, mitto igit̃ ad te siue fabellas, siue mauiſ cotur-
nices, quibus oblectare te possis ac ludere. Etenim si O-
ctauianum, Marcumq; Antonium orbis terrarum princi-
pes ludo coturnicum delectatos accepimus, profecto tu
uir, & si quis Octauiano, aut Antonio pugnacem aliquã
harũ literarũ amantissimus, literato hoc genere ludendi
delectaberis, auium, dono dedisset, iucundam illis rem,
gratamq; fecisset. Ego quoq; tibi iucundus, gratusq;
ero, quod plus triginta eius generis aues dono mit-
to pugnaces, uictrices, & si forte hoc te magis iu-
uat, & pingues, oblectant enim hæ fabellæ, &
alunt, nec minus fructus habent quam flo-
ris. Sed ne donum suum laudare insolen-
tis sit, finem faciam. Tu si coturnices
ueras, quam has fabellas malis re-
scribe, mittam nanq; non modo
coturnices, sed & perdices.
Ex Vrbe Caieta, Kal. Maij.
Anno, M. D. XIII.

De Vulpe, & Capro.



Vlpes & caper sitibundi in puteū descenderunt, in qua cum perbibissent, circumspicienti reditum capro vulpes ait. Bono animo esto caper. Excogitauit namque quo pacto uterque reduces simus. Siquidem tu eriges te rectum, prioribus pedibus ad parietem admotis cornuaque adducto ad pectus mēto reclinabis, & ego per terga, cornuaque tua transiliens, & extra puteum euadens te istinc postea educam, Cuius consilio fidem habenti capro, atque ut illa iubebat obtemperanti, ipsa e puteo profiliit. Ac deinde prae gaudio in margine putei gestiebat, ex tabatque nihil de hirco curam habens. Caeterū cum ab hirco ut fidi fraga incusaretur, respondit. Enimvero hirce, si tantum essent tibi sensus in mente, quantum est setarum in mento, non prius in puteum descendisses, quam de reditu exploratū habuisses. Hæc fabula innuit uirū prudentē debere finē explorare, antequam ad peragenda ueniat.

De Vulpe, & Leone.

Vlpes nullum antea leonem conspicata, cum illi alternus ex improviso obuiasset, ita aspectū eius expauit, ut parū abfuerit, quin extingueretur. Quod cum iterum postea accidisset, ad aspectum quidem leonis est exterrita, sed non ita, ut prius. Tertio autem cum leonem eundem esset intuīta, non modo non exterrita, sed etiam fidenter adiens secum collocuta est, & confabulata. Hæc fabula innuit, quod consuetudo, &

conuersatio facit, ut quæ maxime horribilia & formidanda sunt, neq; horrida, neq; formidolosa uideantur.

De Gallo, & Perdice.

GAllos quidam domi suæ cum haberet, mercatus est perdicem, eamq; alendam, & in societatem Gallorum dedit, una cum illis saginandâ, eamq; galli pro se quisq; mordicabant, abigebantq;. Perdix aut apud se afflictabat, existimans ideo talia inferri sibi a gallis, quod suū ab illorū genere alienū esset. Vbi uero non ita post aspexit, illos inter se pugnantes mutuoq; percutiētes, recreata a mœrore inquit. Equidem post hoc non afflictabor amplius, uidens eos inter se dimicantes.

Hæc fabula innuit uirum prudentē debere æquo animo ferre contumelias ab alienigenis illatas, quos uidentur a domesticorum quidem iniuria abstinere.

De Vulpe, & Capite reperto.

Vlipes aliquando in domū citharœdi ingressa dum omnia instrumenta musica, omnemq; suppellectilem scrutaretur, reperit e marmore caput scienter, fabreque factum. Quod cum in manu sumpisset inquit, o caput cum magno sensu factū, nullū sensum obtinens. Hæc fabula ad eos spectat, qui corporis dignitatem habent, animi industriam non habent.

De Carbonario, & Fullone.

Carbonarius conducta in domo habitans, fullonem inuitauit, qui eo loci proxime uenisset, ut eiusdem in ædibus una habitaret, ad quem ful-

lo o homo non est isthuc factum cōducibile. Vereor em̄
ne quicquid ipse candidificerem, id omne tu carbonaria
aspergine fuscas. Hæc fabula innuit nullum cum fla
gitiosis habendum esse cōmercium.

De Viro iactabundo.

Vir quidam aliquandiu peregrinatus. cum iterū
domum reuersus fuisset, cum multa alia in di
uersis a se uiriliter gesta iactabundus prædica
bat, tum uero id maxime, quod Rhodi omnes in certami
ne salendi superasset, eiusdem rei Rhodios, qui affuerūt
testes esse, ad quem unus assistentium respondens inquit
o homo si uerū isthuc est quod loqueris, quid tibi opus
est testibus. Ecce hic Rhodus, ecce hic certamen salendi

Hæc fabula innuit, quod ubi rerum testimonia adsunt
nihil opus est uerbis.

De Viro Apollinem tentante.

Vir quidā facinorosus Delphos se cōtulit, Apollē
linē tentaturus, habensq; passerculū sub pallio
quē pugno tenebat, & accedens ad tripodas
interrogabat deum dicens. Quod habeo in dextra uiuū,
anne mortuum est? prolaturus passerculum uiuum, si il
le mortuum respondisset. Occidisset enim statim sub pal
lio clam, prius quam proferret. At deus subdolem callidi
tatē hominis intelligens, dixit. O consulto, utrū mauis fa
cere penes te (nam arbitrium est) facito, & siue uiuū siue
mortuū, quod in manibus habes, proferto. Hæc fabula
innuit, mentem diuinam nihil neq; latere, neq; fallere.

De Piscatore.

Piscator quidam demissis in mare retibus, extulit
 Ismiridem pusilli corporis, quæ sic piscatorẽ ob-
 secrabat. Noli me in præsentiarum capere pusillam
 & minutam, sine abire & crescere, ut postea sic adul-
 ta cõmodo maiore potiaris, cui piscator inquit, Ego uero
 amens sim, si lucrum, quod inter manus habeo, licet exi-
 guum, prætermittam spe futuri boni, quantumlibet ma-
 gni. Hæc fabula innuit stolidũ esse, q̄ propter spem ma-
 iorẽ, rem præsentẽ & certã licet parua non amplectitur.

De Equo, & Asino.

Vir quidam habebat equum & asinum, In itine-
 re autem faciẽdo inquit asinus equo. Si me sal-
 uum uis releua a me partem oneris mei. Equo
 illius uerbis nõ obsequente, Asinus sub onere cadẽs mor-
 ritur. Tunc dominus iumentorum omnes, quas portabat
 asinus sarcinas, simulq; corium, quod a mortuo exuerat
 equo imponit, quo onere depressus equus, & gemens
 cum clamore inquit. Ve mihi iumentorum infelicissimo
 Quid mihi misero male euenit, Nam recusans partem,
 nunc totum onus porto, insuper & illius corium. Hæc
 fabula innuit maiores debere in laboribus participes esse
 minoribus, ut utriq; incolumes sint.

De Viro, & Satyro.

Vir quidam cum Satyro amicitia iniret, qui cum
 edendi gratia sederent, exorta cœli tempesta-
 te ac frigore uir manus ad os admouens anhe-

litu refocillabat. q̄d intuens Satyrus interrogabat, Quam obrem id faceret. Ille inquit calore oris algētes manus refocillo, pauloq; post, callidiori edulio allato, cum uir iterū ad os manum cum edulio admouens, calorem cibi tenui inspiratiōe refrigeraret, Interrogat Satyrus, quamobrem & id faceret. Respondente autem uiro, ut refrigeret edulium, atq; ego inquit Satyrus tecum post hac amicitiam non exercebo, qui ex uno ore & calidum promis, & frigidum. Vale. Hæc fabula innuit deuitandā eius amicitiam esse, cuius anceps uita est, & non simplex sermo.

De Vulpe, & Pardo.

Vulpes & pardus de pulchritudine altercabantur, & pardo suam uersicolorem pellem extolente. Vulpes cum suam præponere non posset, inquit, At quanto ego speciosior, quæ non corpus, sed animū uersicolorē uestita sum. Hæc fabula innuit pulchritudinē animi antecellere pulchritudini corporis.

De Fele in fœminam mutata.

Felis quædam delitium formosi erat cuiusdā adolescentis, Hanc ille ut in fœminā mutaret, Venere rem deprecatus est, dea miserta cupiditati adolescentuli conuertit bestiam in speciosam puellā, cuius forma inardescens adolescentulus, adducit illam secum domum. Quibus confidētibus in cubiculo, Venus uolens periculum facere, nunquid illa cum corpore mutasset & mores, murem immisit in medium. At illa & eorum, qui aderant, & cubiculi nuptialis immemor, e cubili surgens

L

murem insequabatur, illum comedere cupiēs. Tunc dea indignata iterum in suam restituit naturam. Hæc fabula innuit scelestos homines, & si conditionem, statumq; mutant, tamen mores nequaquam mutare.

De Agricola, & Canibus.

Agricola quidam hyberno sydere in agro deprehensus, deficientibus cibarijs, primum interfectis singulis ouibus, illarum carnibus uescebatur, mox & caprarum, postremo operarijs bobus interemptis alebatur. Quod canes cum animaduertissent, inter se collocuti sunt, dicentes. At nos hinc faciamus fugam. Si enim operarijs bobus dñs noster non peccit, ne nobis quidē parcat. Hæc fabula innuit fugiendos eos esse, cauendosq; qui a familiaribus quoq; manus nō abstinent.

De Agricola sæuiente in filios.

Agricola filios suos uidens, quotidie dilitigātes, neq; in gratiam inter se reducere potis esset, iussit fasciculum uirgarum sibi afferri, aderant autē filij illuc sedentes, quæ cum allatæ essent colligauit omnes in unum fasciculum, iussitq; singulos filiorum fasciculum capere, atq; confringere. Illis uero confringere non ualentibus, soluens postea fasciculum tradidit singulas uirgas eis frangendas, Atq; illis statim, facileq; frangentibus, intulit ita & uos filij mei, si perseueritis unanimes p̄stiteritis inexpugnabiles uos hostibus, inuictosq; p̄bebitis. Si minus, ipsa uestra æmulatio, atq; seditio opportunā uos prædā inimicis faciet. Hæc fabula innuit æque res humanas

facere uel a concordia incrementū, uel discordia iacturā.

De Muliere, & Gallina.

Mulier quaedam uidua habebat Gallinam quotidie singula oua parientem. Sperās autem pro singulo bina oua parituram, si plus tribuisset escarū, opipare educabat. Gallina uero pinguior effecta, ne unum quidem ouum parturire poterat. Hæc fabula innuit quod homines propter luxum & copiā rerum marcescentes, ab instituto retardantur.

De homine, quem canis momorderat.

Admorsus a cane quidā, circuibat singulos corrogans curationē. Nactusque quendā, qui cognita mali qualitate inquit, Si tu quidem homo cōualefcere uis, sume crustulā panis madefactā in sanguine uulneris, porrige cani, qui te momordit, comedendam. Cui ille deridens inquit, Ego me hercle si isthuc fecero, dignus sum, qui ab omnibus huius urbis canibus mordeat.

Hæc fabula innuit improbos hoīes, cum maxima beneficia acceperint, tum maxime ad maleficia animari.

De duobus amicis, & Urso.

Dvobus amicis una iter facientibus fit ursus obuiā, quorū unus perterritus in arborē scandēs latuit, alter uero cum se imparē urso fore, & si pugnare uellet, superatum iri intelligeret, procidens simulabat se mortuum esse. Ursus autē adueniens aures & occipitium olfaciebat. Illo, qui stratus iacebat usque continente respirationem, ita mortuū esse credens, Ursus abiit.

L ij

AE S O P I

Aiunt enim ursum non saeuire in cadauer, Mox alter, qui inter frondes arboris latuerat descendens interrogat amicum, quidnam ad aurem ursus secum esset locutus, cui amicus inquit, Admonuit me, ne post hac cum huiusmodi amicis iter faciam. Hæc fabula innuit deuitandos eos amicos, qui periculoso in tempore ab auxilio præstando reuocant pedem.

De Adolescentibus, & Coquo.

Duo adolescentes obsonium a coquo mercati communiter erant, Cæterum cum coquus quibusdam negotiis domesticis intenderet, uacaretque. Alter adolescentum partem obsonii in alterius sinum immisit. Conquirenti qui carnem substulerat, iurabat se non habere. Qui uero habebat iurabat se non abstulisse. quibus coquus intellecta adolescentum astutia, inquit. Et si me latet fur, tamen eum, quem iurastis deum non latebit. Hæc fabula innuit, quod si homines cælamus, deum nequaquam cælare poterimus.

De Arundine, & Olea.

Disceptabant arundo & olea de constantia, de fortitudine, & de firmitate. & olea quidem probra arundini ingerebat, ut fragili, & ad omnem uentum uacilanti. Arundo autem obticebat, non longum tempus expectans. Nam cum uentus uehemens ingruisset, arundo agitabatur, refellebaturque, olea uero cum uolentia uentorum reluctari uellet confracta est. Hæc fabula innuit eos, qui ferocioribus ad tempus cedunt, potius

res esse ijs, qui non cedunt.

De Tubicine,

ERat tubicen, qui in militia signū caneret. Is interemptus ab hominibus, ad eos, qui circūstitebant proclamat, Nolite me o uiri innocuū, infontemq; occidere, Nullum em̄ unq; ego occidi. Quippe nihil aliud quam hanc tubam habeo. Ad quem illi uicissim cum clamore responderunt. Tu uero hoc ipso magis trucida beris, quod cum ipse dimicare nequeas, cæteros potes ad certamen impellere. Hæc fabula innuit, quod præter cæteros peccant, qui malos & importunos principes persuadent ad inique agendum.

De Aucupe, & Viperâ.

AVceps quidā sumptis aucupatorijs retibus, ad uenandum processit, uisq; palumbo in cacumine arboris sedente, compositas artificiose arundines cum reti ad aues clanculum admouebat, sperans illam se uenari posse. Quod cum agit, in altum intuens, iacentem uiperam pedibus pressit, quæ exasperata dolore hominem momordit. At ille iam dissidens, me miserum inquit, qui cū alterū uenari uolo, ipse ab altero captus pereo. Hæc fabula innuit, fraudulentos homines insidias suas occultare, Sæpe tamen ab alijs idem sustinere.

De Castore uirilia sibi amputante.

CAstor præter ceteros quadrupedes in aqua durare dicitur, eiusq; genitalia ad artē medicā sane utilia esse. Tūc ubi uidet se ab indignatibus

L iij

hominibus captum iri (nō enim ignorat quamobrem indagetur) ipse sibi genitalia praecidit, eaq; ad insequentes proijciens, hoc modo incolumis euadit. Hæc fabula innuit huius exemplo prudentes debere pro adipiscenda salute nullam rationem habere fortunarum.

De Thyno, & Delphino.

TYnus cum Delphinum insequeretur praecipiti cursu, & iam iam capiendus esset, in anfractū quendam se intrusit, delphinusq; ad alterum similem impetu ipso illisus est, ad quem Tynus respiciens, iamq; expirantem uidens, inquit, iam mihi mors non est molesta, uides eum, qui mihi causa mortis est mecum morientem. Hæc fabula innuit æquo animo ferre homines calamitates, cū eos, propter quos in calamitate sunt, calamitosos aspiciunt.

De Cane, & Lanione.

CANIS quidā insiliit in macellum, lanio in aliqua re occupato, & erepto pecoris corde fugiebat, ad quem lanius conuersus, fugientemq; aspiciens inquit o canis ubicunq; fueris te obseruabo, non em̄ substulisti, sed mihi cor dedisti. Hæc fabula innuit, iacturam semper esse hominibus doctrinam.

De Vate quodam.

VATICINATOR quidam in foro sedens sermocinabatur, cum quidā sibi praesto fuit, crepidāq; denunciat fores domus eius refractas esse, oīaq; direpta, quæ in domo fuissent, ad quem nunciū uaticina-

tor gemens, properāsque cursu se domum recipiebat, quē currentē quidā intuens o tu inquit, qui aliena negocia te diuinaturū pmittis, certe tua nō diuinasti. Hęc fabula ad eos spectat, q̄ res suas nō recte administrātes, alienas, q̄ nihil ad eos pertinent, prouidere & consulere conantur.

De Aegroto, & Medico.

A Egrotus quidā a medico interrogatus, quonā modo se habuisset, prātermodū inquit respondit in sudore se fuisse resolutum. Cui medicus istud inquit bonū est. Altero autē die iterum interrogatus quo nam modo se haberet. respōdit algoribus correptus diu uexatus sum, & id quoq; medicus inquit bonum est. Tertio cum ab eo medico interrogaret respondit profluuiō corporis debilitatus sum. Istud etiā bonum est inquit medicus. Postea autē a familiari quodā interrogatus, quo modo habes o amice, respondit, etiā atq; etiā bene habeo sed morior. Hęc fabula innuit, arguendos assentatores.

De Asino, & Lupo.

A Sinus calcato ligni aculeo claudicabat, conspectoq; lupo ait, o lupe en prę cruciatu morior, futurus esca aut tua, aut uulturum, aut coruorum Vnum modo abste munus flagitō. Educ prius de pede aculeum, ut moriar saltem sine cruciatu. Tunc lupo summis dentibus aculeum mordicusprehendens eduxit, Asinus uero doloris oblitus, ferratos calces in faciem lupi impexit, fractisq; illius frontē, naribus, dentibus aufugit. lupo seipsum accusante, ac merito sibi id euenisse dicente,

L iij

quod qui dedicerat esse lanus iumentorum, nunc illorū uolebat esse chirurgicus. Hæc fabula innuit, quod qui sua artificia deserunt, transferentes ad se alia ipsius non apta, & in derisum ueniunt, & in discrimen.

De Aucape, & Merula.

Auiceps tetenderat uolucris retia, quod eminus intuens merula percontabat hominē, quid negotij ageret, ille respōdit se cōdere urbē abijt q̄ longius, & sese abdidit, merula uero illius uerbis fidem habens, & accedens ad escā iuxta retia appositā, capta est accurēteq̄ aucape inquit o homo si tu quidē talem urbē condis, haud multos iuuenes habebis incolas. Hæc fabula innuit, eo maxime modo rem priuatam, & rem publicam destrui, cum præsides sæuitiam exercent.

De Viatore, & pera inuenta.

Viator longum ingressus iter uouit si quid inuenisset, eius dimidiū Ioui se oblatum. Inuenta autem postea in itinere pera, palmularum amygdalarumq̄ plena, comedit oēs palmulas, amygdalasq̄. Sed harum nucleos, illarū putamina, & cortices ad aram quandam obtulit, inquiens, habes Iupiter quid tibi uoueram, quid enim inueni, eius interiora & exteriora tibi offero. Hæc fabula innuit auarum propter pecuniæ cupiditatem etiā dijs moliri fallacias.

De Puerō, & Matre.

Puer quidam in schola condiscipuli furatus tabelam alphabetariam, attulit matri suæ, a qua non

castigatus, quotidie magis furabatur. Procedente autem tempore coepit furari maiora, Tandem a magistratu deprehensus ducebatur ad supplicium. Matre uero sequente ac uociferante, rogauit ille satellites, ut paulisper cum ea ad aurem loqui permitterent, quibus permittentibus & matre festinabunda aurē ad os filij admouente, ille auriculā matris dentibus euulsit, & cum mater, cæteriq; increparent, non modo ut furem, sed in parentem suam impium, inquit, hæc mihi ut perderer causa extitit. Si enim me tabellam alphabetariam furatum increpauisset, siue castigasset, nequaquā ad ulteriora progressus, nunc ad supplicium ducerer. Hæc fabula innuit, qd qui inter initia peccandi nec coercentur, ad grauiora flagitia euadunt.

De Pastore artem nauticam exercente.

Pastor in loco maritimo gregem pascebat, qui cū uideret mare tranquillum, incessit cupido nauigationem faciendi ad mercatum. Itaq; uenundatis ouibus, emptisq; palmarum sarcinis, nauigabat. Oborta autem uehementi tempestate, & nauī mergi periclitante, omne pondus nauis in mare deiecit, uixq; euasit, exonerata nauī paucis post diebus ueniente quodam, & tranquillitatem maris admirāte (erat enim sane tranquillum) respondens inquit, palmulas iterū uult, quantū intelligo, ideoq; immotū sese fore ostendit. Hæc fabula innuit, eruditiores effici homines damno, atq; periculo.

De Filio cuiusdam senis, & Leone.



Ilium senior quidam habebat unicum gene-
 rosi animi, & uenaticorum canum amatorē,
 hunc per quietem uiderat a leone trucidari,
 Territus, ne forte somnium hoc aliquando
 sequeretur euentus, extruxit domum quandā, quam pos-
 sitissimam, & laquearibus, ac fenestris amœnissimam. Il-
 lac inducens filium assiduus illi custos inhærebat. Depin-
 xerat enim ea in domo ad oblectationem filij, omne ani-
 malium genus, in quibus & leonem, Adolescens hæc in-
 spiciens eo amplius molestiæ contrahebat. Quadam au-
 tem uice propius stans leoni, inquit, o truculentissima fe-
 ra, propter te & propter inane somniū patris mei, in hac
 domo asseruor uelut in carcere. Quid tibi faciam, & hæc
 dicens, manum parieti incussit, oculum leonis eruere uo-
 lens, & in clauo, qui illic latebat offendit, qua ex percussi-
 one manus emarcuit, succreuitq; sanies, & febris subsecu-
 ta est, breuicq; tempore adolescens est mortuus. Ita leo ado-
 lescentē occidit, nihil adiuuante patris sophismate. Hæc
 fabula innuit, quæ uentura sunt, deuitare posse neminem

De Caluo crines externos gerente, pro natiuis.

CAlius quidā mētitos crines gerens, dum equo
 uehebatur, ecce sibi ualidior uentus illos de ca-
 pite sustulit, risus statim magnus a circumstan-
 tibus excitabantur, & ille inhibito cursu ad illos inquit,
 Quid mirum, si crines, qui non erat mei, a me recesserūt,
 illi quoq; recesserunt, qui mecū fuerant nati. Hæc fabu-
 la innuit, non debere nos merere ob amissas opes, Quod

F A B V L A E

LXVI

enim nascētes a natura non accepimus, id non potest nos
biscum perpetuo permanere.

F I N I S.

Argentorati, ex Aedibus Matthiæ Scharerij,
& Lazari nepotis eius, Mense Augusto,
Anno. M. D. XIX.



Antonius v. hese me iure possidet

Disce manere domi patrisq; sedere fenestris

Abstine:

Si non e p. inter p. et p. non erit p.

Quintilianus docere
Docere nim cumq; uerbi si qd. nimis uisitarum
incidat, multum infra rethoris officium
existimandum est

¶ Hinc autem quare gabe. Hinc autem gabe.



[Faint, mostly illegible text from the adjacent page, possibly a library inventory or title page.]


80 2 10 16

ULB Halle 3
004 977 394


f
561







BVRLARVM

DE HOC LIBRO CONTI-
nentur interpretes, atq; autho-
res Sunt hi.

- Elmus Goudanus,
- anus Barlandus.
- us Roterodamus,
- s Gellius.
- lus Politianus,
- s Crinitus,
- es Antonius Campanus.
- is Secundus Nouocomensis.
- laus Gerbellius Phorcensis,
- entius Abstemijs,
- entius Valla.

esopi Vita ex Max. Planu-
de excerpta, & aucta.

